¶ Symphorianus champerius Lugd. physic⁹ dño Michaeli baleoto nouariens. apollinee facultatis professori benemerito. S. P. D.

Cum hisce dieb⁹ nonnullos mi michael aphorismos ex compluribus nostre facultatis famatissimis interpretibus collectos calcographis imprimendos commisissem: ne aut priuate viderer studere vtilitati: aut ad peoniam aspirantium artem studio inuidere: in mentem venit his nostris doctoris ornatissimi aphorismos adiungere: ad maiorem legentium vtilitatem. Cuius partes contra inuidorum (si quos habeat) latratus tueri non dedignaberis. Fertur is ornatissimus doctor nonnulla alia opera multiplici medice artis doctrina referta: doctissimorumq; virorum lectione dignissima edidisse: quibus nominis sui immortalem memoriã meruit. Et ne studiosoꝝ fugiant cognitionem: eorũdẽq; titulos addi voluimus.

¶ De omnibus morbis a capite ad pedes. lib. viij.
¶ De febribus. lib. xij.
¶ De cõmunibus medendi preceptis. lib. iiij.
¶ De venenis. lib. vi.
¶ De tuenda sanitate. lib. iij.
¶ De vrinis. lib. i.
¶ Paulus egenita traductus de greco in latinum de capite ad pedes.

¶ Hec ergo sunt: preter ea que adhuc in manibus imperfecta versant: que ipm scripsisse ad presens recolo: viuit vsq; hodie et varia cõscribit. Uale vir optime. Ex bibliotheca nostra Lugdunẽ. x. kalendas iunias anni huius M. ccccc. x. vi.

Alexander benedictus veronen- sis physicus Marco sanuto vene to patricio senatori optimo Sa- lutem. P. D.

Dubitaueram semp Senator optime in his medici ne preceptis aliquid edere. quã doquidem difficillimũ nouerã In tanta rerum vetustate ob- scuritate: ac rubigine lucem ali quam vel nitorem: aut auctori- tatem artibus his: que exolue- runt inuenire posse. Scisq; qua nocte densissima hec la tuerint. Uerum enim nobis occurrunt celeberrimi vete res auctores atq; ex posterioribus. Theodorus Gaza: ac Hermolaus barbarus qui nuper his similia pretẽtarũt tu quoq; patrocinio tuo: veteriq; beniuolẽtia cum auũ- culo meo iohãne iacobo angelo physico. his diebus ani mũ ita mihi exacuisti: vt medicorũ nostrorum magnas ambages animorũq; varietatem pene incredibilem exci tare non dubitauerim. Hoc dũtaxat libello qui imatu- rus est editus. Eum enim curationes quotidiane vsusq; & experientia concepere. Nec tamen est in dubio multis hec nostra fastidio futura. a Galeni enim tempore ꝗ plu- res lingua externa scripserunt: quoquidem barbarorum feritas italiam inuasit. Et magis litterarum decus ꝗ vrbium ornamenta sustulit: ex qua nobili studiorũ strage medicine vilitas orta est: inconstantissimaq; omnium ar tium facta. Delere enim aliorũ instituta vniculq; fas erat atq; aliquid ex media (vt aiunt) barbarie rapere glorie

erat. Nos vero nihil imutare nihil addere viribꝰ nostris
sed priscam: ac romanā solūmodo dignitatem tueri enite
mur. que ex fecunda obesitate in his artibus sterilis tabe
pene confecta est. Inuentis itaqꝫ addere inter artium
initia maxime decuit. Orpheus enim medētium primus
sua placita cōstituit: que mox pythagoras sapiētia da
rus sustulit. Democritus deinde ꝛ asclepiades eiusdem
precepta immutarunt. Is etate magni pompei rhetori
ce quoqꝫ magister erat. Hippocrates item medicine pn
ceps: ne nominatim omnia persequi videar: sua medēdi
decreta condidit: ꝛ prima omniū abdicauit: quē Galenꝰ
secutus est: totam fere medicinā ad causarum agnitionē
indiciorūqꝫ noticiam: ad rerum qualitates: corporūqꝫ di
uersas habitudines: atqꝫ gradus reuocando: nihil inten
tatum: inexpertūqꝫ relinquētes: orbem vniuersum ita in
sese circūegerunt: vt reliqui omnes inscitia impudenda
dānarentur: ac publicam salutem decoquere viderentur
si quid sine hippocratis atqꝫ Galeni auctoritate agere
vellent: que omnia (vt diximus) turpi barbarorum collu
uie fedarunt. Inter vtriusqꝫ tempora: ꝛ nostri quoqꝫ la
tino sermōe licet pauci celebrati sūt: inter quos. M. La
to. L. Valgius pompeius. leneus Cornelius ac plinius
operatricem ac empiricem sectantes extitere infelicibꝰ
medicine artis auspicijs: quandoquidem huius theo
riam pretemisit romana grauitas: alioquin in ceteris
virtutibus omnium gentiū rapacissima. Defierunt pau
loante ꝛ bellorum ruinis apud grecos medici: quorum i
iuria in externarum gentium laudes cessit. Hinc Auicē
ne ꝛ Rasis aliorūqꝫ auctorum volumina in tanta rerum
inopia recepta sunt. Hinc attonite quorūdā psuasiones
preciosa externa ꝛ aliena dūtaxat estimantiū: que itē in
latinum male vertendo recentiores romanam: atqꝫ gre
cam dignitatem relinquentes confusis rerum nominibꝰ
ad ineptias redegere. Sunt ꝛ ipsis exemplaribus greca
latinaqꝫ nomina originem artis indicantia: quod in ana

thomicis et venenatorum libris: ac iis quos de omnibus morbis mēbratim humanū corpus grassantibus scripsimus: communibusq medendi preceptis satis liquido indicauimus. Tu igitur senator magnifice has medicine collectiones quos greci aphorismos vocare maluerunt in rerum nostrarum leuem pergustationem suscipe: que de facili doctrina tua: ac auctoritate: si volueris maliuolorum ictus sustinere poterunt. Vale Venetiis.

¶ Collectiones medicine

Alexandri benedicti physici de medici atq egri officio collectionum caput primum.

BOni primum medici ē preter ea que religioni necessaria sunt: non multos egros suscipere. Variis ēm morbis et mēs opprimitur: et corpus fatigatione continua languet.

¶ Prudentis medici est insanabiles: ac desperatos morbos non curare: ne hominē occidisse: qui forte sua interiturus erat existimetur.

¶ Dubias valitudines sine certa tamen desperatiōe suscipias: necessariis tamē indicare oportet: rem i difficili esse: alioqn vel artē malo vinci: vel te errasse indicio fit.

¶ Satius est tamen omnibus in rebus anceps auxiliū experiri: q̄ nullum plurimoꝝ sententia.

¶ Vehementi malo vehementi omnino auxilio opus est.

¶ Succurrendum semper parti maxime laboranti.

¶ Cauendum est in secunda valitudine: ne aduerse auxilia consumantur.

¶ Occursurus morbo nullus est: qui originē ignorat.

Histrionis est exigui momenti morbum attollere: quo plus exinde prestitisse videatur.

¶ Morbus quādoq; qui per se exiguus ē: maioꝛ curātis negligentia fieri solet.
¶ Non omnibus eadem remedia cōueniunt: acciditq; vt quos ratio non restituit: temeritas quandoq; adiuuet.
¶ Medici officium est: vt tute: vt celeriter: vt iucūde curet: verū periculosa esse constat nimiam festinationem ꝛ voluptatem.
¶ Peregrina remedia semper querere: ꝛ preciosa dūtaxat impudentis est ostentationis.
¶ Catharticis vel venenatis pꝛiculosum est: vñ ad testamentoꝝ insidias sepe oboꝛif occasio: in qua re ꝛ officinarum fides necessaria est.
¶ Egrotātis ꝓpꝛietates nosse opoꝛtet: cuiq; amica: que ve inimica sint intelligere.
¶ Remedia nature munera nō ostendere: ꝛ in archanis habere non decet perfidie: atq; auaricie crimine manifesto.
¶ Alienā miseriā pudoꝛis sociā indicare nefas est.
¶ Magni medici se quandoq; errasse simplicius confiteātur: ne qui eodem erroꝛe quo illi decepti sunt decipiātur
¶ Cetera pꝛesidia superat egri gaudium: atq; animi securitas: ꝛ si in pudoꝛe medicina quandoq; inueniatur.
¶ Eger obsequens esse debet domesticis: medicoq; pꝛecipue qui falli nullo modo debet: occulta enim intemperantia soli egro periculum imminere certum est.
¶ Nec cuius pꝛesidium pꝛofitenti valitudinis desiderio statim credatur; solis medicis occidendi impunitate relicta.
¶ Carnificis est pendentibus fatis: ꝛ inter ipsos cruciatus ingens pꝛecium exposcere: vel moꝛbum pꝛotrahere: vel dumtaxat emouere: vbi extrahere omnino opus est.
¶ Barbari benemerentibus gratiam non referunt: ꝛ valitudine cōflictantes multa pꝛomittūt: ad vitam exinde reuocati conuicijs inuicem ꝓsequuntur.
¶ Famosi veneni vires aut aboꝛtiendi modum: vel que conceptum

conceptum inhibeant indicare scelus est.

¶ Dubie valitudini assidere medic⁹ dz: ⁊ venarum pulsu vires sepe perquirere: ceterasq; notas inspicere; qui ⁊ syderalis scie haud ignarus sit necesse est.

¶ Egro que bona sunt auguria denunciare debet: si q̇d tamen mali minatur infirmitas; necessarijs tantum significare fas sit.

¶ Simplicium effectus tenere summa cura debet ex quibus composita et nobilitatis et plebis auxilia; inuecta etiam facilia habentur.

¶ Periti medici: manū nō ꝓtinus: vt veniūt apprehendunt. Sed primū hilari vultu resident: sermone leni sollicitudinē submouēt: nā ⁊ medici ꝯspectus; ac alia multa de facili venarum rationem turbant.

¶ A recta ratione nūq̄ discedendū est: ⁊ si nihil prodesse videatur: sic ab inceptis pariter ꝑuersis statim; et si nihil obfuisse cernatur.

¶ Varijs auxilijs morbus expugnandus est; alioquin cōsuetudo naturam facit.

¶ Prodest deniq; egro in medendo spes fidesq;.

¶ Collectionum caput secundum.

MOrborum contrarie qualitates contrarijs expelluntur.

¶ Intēperantē morbi qualitatē vehemēti; et mediocrē mediocri auxilio curare debemus.

¶ Vehementiora medicamenta: membris remotioribus conueniunt.

¶ Superiora intestina superne: inferiora iniecto clystere cōmode sanantur.

¶ Validissima causa est: que morbum habitudini corporis contrarium excitat.

¶ Ubi natura repugnat parū medicina prodest.

¶ In acutis morbis egre proficitur. nam et profectus omnis tempore expletur.

¶ Ex multa fame nimia sacietas: aut ex multa sacietatē fames dānatur.

¶ Ex nimio quoq; labore subitum ocium: aut ex nimio ocio subitus labor sine periculo non est.

¶ Cū q̄s mutare aliq̄d volet: paulatī assuescere debet.

¶ Ex itinere fatigatis: vel labore sudantibus: aut a balneo veniētib' frigidi pot' perniciosissimi sunt.

¶ Ex tēpestatibus pessime sunt: q̄ variāt maxime obiter autūnus plurimos opprimit.

¶ Corpora estate relaxata subito frigore excipiuntur.

¶ Senectutē lōgiores morbi exercēt: acutis adolescētia (iplicat.

¶ Si quis plenior: speciosiorq;: ac coloratior supra ɔsuetudinē fact' est sine suspitione esse non debet q̄ñquidē neq; in eodē habitu subsistere: neq; vltra ꝓgredi pōt: fere igitur ruina quadā reuoluitur.

¶ In oib' corpis affectib' lōgior distātia tutiorē curationē ꝑmittit. Si vo materia ois effusa est ꝓpiq̄ras ꝑferē

¶ Priusq̄ in diuersum materiā abducas: mēbri dolores sedato. Cauēdūq; ne ad pricipalia viscera eadē supferat.

¶ Pricipalia corpis mēbra medicamētis de facili ledūt.

¶ Cerebro ac iecori frigidiora nō sine metu imponuntur: que et neruos offendunt.

¶ In periculosis morbis: in quibus virium deliquiū timemus: dilatis auxilijs a vehemētiori catbartico incipiendum est: alias leniori vtendum.

¶ Locorum trāsitus ex graui in salubrē vtilis est.

¶ Media hyeme aut estate aluū trahere: aut secare: aut adurere malum est.

¶ Maxima in medendo difficultas est: cum causa eiusq; effect' ɔtraria auxilia reqrāt vt colicis cruciatib' ɔtigit

¶ Senib' tremulis nihil prosunt medicamenta.

¶ Scamoniū medicinas oēs exacuit: q̄ z stomacho inimicum perhibetur.

¶ Frigefaciendi z excalfaciēdi par tēpus est. In illo metus: in hoc audacia maior: calidis eni natura gaudet.

¶ Humectandi: atq; exiccandi vires pari metu ferun-tur: verum hoc velocius euenit:
¶ Natiua caliditas humido temperato gaudet.
¶ Spōte exiccari corpa nō mirū est: calefieri vo: natura-
¶ Uehemētior caliditas materiā in lapidē cō (le nō est.
uertit. Si corporis meatus introclusi sunt.
¶ Habitum corporis frigidum calefieri haud facile est:
Si iam constiterit si increscit q̄ facillime.
¶ Frigida rursus habitudo initio celerius cedit calidis q̄ calida frigidis.
¶ Calida corpa egre frigesiūt: egri⁹ vo frigidiora calidis vincuntur.
¶ Immodica corporis frigiditas: mortis ymaginē refert.
¶ Immodic⁹ calor siccitatē ptrahit: frig⁹ vo hūiditatē.
¶ Ocium ac balneorū vsus corp⁹ humidū: reddit; q̄ & vinum modice epotum efficit.

¶ Collectionum Caput tertium.

Tenuiorib⁹ magis sanguis plenioríb⁹ vo caro magis abundat.
¶ Tenuiores sanguis detractionē facilius sustinent pinguiores ledun tur.
¶ Uires corpis magis ex venis q̄ ex ipa spē dignoscūt.
¶ Mittere sanguinem vsum habenti expeditissimū est: ignaro vero difficillimum.
¶ Ex vi humore nihil sanguis dimissione nocentius.
¶ Arteria incisa neq; coit neq; sanescit vt sanguis vehementer erumpat efficit.
¶ Ex larga sanguis detractiōe mali gñant humores.
¶ Missio sanguis adeo nō pdest vt etiā interdū mactet
¶ Eadē siquā largissima fit aluū sepi⁹ sistit. (nocea.
¶ Interest nō que etas sit: neq; qđ in vtero geratur: sed que vires sint: ibecillo eni cuicq; male sanguis emittitur
¶ Integra atq; exigua sanguis materia reliq̄s viciatis humorib⁹ male demitur.

¶Venisect qui partius aut timide venā inciditvires tue-tur: verū quandoq; crassior materia intus retinetur.
¶Qui cōfidēti⁹ latū vulnus infert: serius id sanescit: ve-lociusq; a se defectū inducit: verū magis expurgat.
¶Latior scalpellus hyeme: estate acutior esse debet.
¶Supinis vena incidenda est: ne anima deficiat.
¶In febre ardenti detractio sanguinis quandoq; obest
¶In febrib⁹ quib⁹ neruoꝝ ꝯtractiōes accidūt a sanguis detractiōe abstinēdū est: ꝛ si necessaria alioqui videat̃.
¶In periodica febre modic⁹ demitur sanguis: si rigores presertim vebementissimi sunt.
¶Bilis furor: atq; pituite cruditas importunā sanguis missionem sequitur.
¶Certum tēpus nō circūscribit sanguinis dimissio: obl ter ruptis: cōuulsis: ex alto delapsis: qui et si pauloante cibum sumpserint protinus demenda materia est.
¶Adolescentibus exiguum sanguinis mitti ꝯuenit: neq; nulli post longos morbos: aut a crapula.
¶Ventriculo aluoq; astricta met⁹ ē sanguinē extrabere.
¶Fastiditis tediū abstergendum est venisect: priusq̄ ve-nam iddas: ex qua largi⁹ ꝓfluuiū ꝛ si rarū est quotidia na extractione que modica fit nocencius est.
¶Hyemē austro perflante sanguis recte mittitur.
¶Tardius sanescit ictus: quo quid magis dolet.
¶Post sanguinis dimissionem cibo modico vtēdū est: in qua vebementer deligare: ꝛ preteritos ictus non vitari importunum est.
¶Obesis deligāda brachia sūt vebemēter: macris laxi⁹
¶Profluēte sanguine raro: suppresso frequēter anima deficit: nisi largius educatur.

¶Collectionum caput quartum.

Humecta atq; calida corpo-ra alui deiectionem baud difficulter ferunt.
¶Aluus cita macris tenuibus mēbrisq; mollib⁹ nocet.

¶ Biliosis alui deiectio grauis est: ac preparce viuētib9
¶ Importuna deiectio neruoꝝ contractionem minatur.
¶ Pueris senibusq; temerarium est aluum soluere.
¶ Hyeme ac estate egre venter soluitur.
¶ Insuetis plurimum obest deiectio.
¶ Materie mot9 modū indicat: stomachi nāq; fastidiuꝫ vomitū suadet: vētris pūctiones alui ductionē inuitant.
¶ Membris certi meatus sunt: vesica: iecoris: gibbo: cauo intestina respondent.
¶ Immodica exinanitio cū plīmū malas febres excitat
¶ Uētre a fluxu premature cōfirmato: ac morbo aliquo ob id superueniēte aluū concitare rursus oportet.
¶ Materia q̄ vni9 nature ē: in vētre facillime ꝯtinet atq; pficit: q̄ vo varia sūt vario vētris motu cōtrahuntur.
¶ Qui recta victus ratione vixerit: nec vomitu nec alui ductione eget.
¶ Assumpta sepius medicamēta vbi sanguis missio necessaria fit: febres faciūt: ob id p̄postero vsi sunt mō qui a prima purgatione nō quieuerunt.
¶ Biliosis vomitus: catharticūq; mox ocium prodest.
¶ Cum bilem ruffam trahimus: et scamonio opus est: qđ myrobalanum dicūt: addim9: vt virus auferat.
¶ Uentrē deĳcere vbi intestina apostemata sūt dānaꝭ.
¶ Febre correptis aluus soluta salubrior est vomitu.
¶ In ventris fluore: cū incocta ꝓfluunt vomit9 nocet.
¶ Uētrē aut vomitū cōcitare: cui corpus integrū est. vertigines vētrisq; dolores facit maleq; materia soluitur.
¶ In vomitu; aut alui deiectione: vno exinanito humore et alio incipiēte: corp9 recte purgari indicium est.
¶ A purgationib9 sōn9 plenior egrū magnifice exoneraꝭ
¶ Sitisq; vehemētior bñ purgati īfirmi nota ē. (se oñdit
¶ Que ex narib9 medicamie extrahūꝭ: hydropises exte
¶ Torti h9 est inexplanate lingue vehemētio (nuant.
ra medicamēta male sustinent.
¶ Qui catharticis nō assueuere; his vti nō debēt: neq;

stomacho defecti: quibusq; humor lēt⁹ est ac tenax.
¶ Si p̄cordia tenta sunt: catbartica assumpta nocent.
¶ Inflāmatis humorib⁹ opilatisq; meatib⁹: medicamenta nō dantur donec corrigātur vicia.
¶ Qui ex stagno aquam bibunt: quiq; liene non laborāt medicamenta facilius ferunt.
¶ Ante vētris purgationē sōn⁹ ꝓdest: vires em̄ intēdit.
¶ Ab imbecillib⁹ catbarticis vigilie preferuntur: somno em̄ medicaminis vis remittitur.
¶ Epoto medicamēto exercitationes male sunt.
¶ Qui calide atq; īfirme bitudinis sūt: crudiq; stomacho ptisana aut rhoiton ijs ꝯuenit: mox medicamēto tutius
¶ Catbartica syrio ardēte febres affert: a q̄rum (vtunt potu comedere aut bibere: siue dormire: nisi exacto opere nocet: alias vētrē cōtrahunt.
¶ Pillule cū ijs que eiusdē effect⁹ sunt cogi debent.
¶ Oris resolutio aluo cita sanatur.
¶ Duobus vti catbarticis in die temerarium est.
¶ Lōginquior materia difficilius attrahitur.
¶ Salis plurimus vsus: ante catbarticū nocet.
¶ Senectuti: ac quib⁹ infirmia illa sūt: deiectiōes obsūt que interdū aluo cita tentantur.
¶ Iecoris dolor. qui a sanguis dimissiōe: aut vētris purgationib⁹ accidit: aqua calida pota sanatur.
¶ Quotidiano medicamētorū potu natura viciatur obiter qui ijs assueuere ꝙ citissime periclitari, certū est.
¶ Sicce bitudinis corpa acriori medicamēto leduntur.
¶ Si aluus leui medicamēto nō mollit: q̄es indicāda ē.
¶ Ubi sanguis missio sola mederi p̄t: medicamētū superaddere malū est: iflāmationes em̄ facit.
¶ Pillule vetustate indurate pessime sūt: nec nimiū recē(tes laudantur.

¶ Collectionū Caput v.

Cibi potusq; crasse materie dānantur. vias em̄ corpis īterdudūt.
¶ Nihil egrotantibus vtilius tēpestiua ab-

ftinentia q̄ tempore et modo et genere queritur
Eger neq̧ superuacua materia onerandus: neq̧ imbe-cillitate perdendus.
¶ Cibus simplex laudatur sapores et condimenta per-
¶ Plurimo cibo indiget qui increscit. (niciosa.
¶ Qui nimio cibo vtunt: corpora non augent.
¶ Valētissime materie cibis vti debēt athlete agricoleq̧
¶ Valitudo ignota: aut inedia vincit: aut indicatur.
¶ Ois curatio ɔtrarijs presidijs curat: verūq̧ abstinē-tia victusq̧ ratio sine periculo plerūq̧ sanat.
¶ A fame cibo plurimo: ac malo vti pniciosum est.
¶ Quo acutiores morbi sūt: eo minus cibo indigent.
¶ Si quis in acuta valitudine linquit animus ab imbe-cillitate refecimus: nec largius quidem.
¶ Que genitale semē augent: lactis quoq̧ abūdātiam fa-ciunt: que ediuerso geniturā extingunt: buins quoq̧ in-bibent copiam.

¶ Collectionum Caput sextum.

IN febre ardēti frigidā dari largius vetam⁹: si stomach⁹ ibecill⁹
¶ Si iter morbi initia materia ni- (est.
miū feruet stati ducēda: alioqn digerē-
¶ Instātib⁹ quartanis theriaca preclare medetur. da
¶ In q̄rtanis nunq̄ neruoꝝ ɔctiōes fiūt: i quib⁹ et diane
ratrū dat: et i terclanis diascamoniū circuit⁹ eīm soluūt.
¶ Panis frigida madens febricitātib⁹ appetētiā excitat
¶ In acutis febrib⁹ vehemētes dolores piculū minant.
¶ Alba vrina iu causode dolorē capitis nunciat.
¶ Causodem subitus horror resoluit.
¶ Senectutē ardēs febris raro solet offēdere: alias pni
¶ Ipo accessiōis die nihil pter vomitū tētādū. (ciosa.
¶ In febre cibus offerendus nō est: nam qd nō integro
corpori infertur de facili corrūpitur: inter omnia tamen
tempora inclinante febre minus dānatur.

¶ Instante morbo: satius est ꝙ incipiente: omni tamen tempore defectis subueniendum est.

¶ Collectionum caput septimum

Capillorū defluuiū quod etate contingit nunꝙ restituitur.

¶ Seruari non pōt cui cerebrū membra neq; incise sunt.

¶ Percusso cerebro: vł membrana biliosus vomitus inseꝗtur. ac nerui distenduntur.

¶ Urina veterinarie filiis p̄teritos capitis dolores ondit

¶ Frōtis dolore qd̄ ob siltitudinē ouū d̓::i faciē dormiūt.

¶ Uentrem mollire capitis doloribus vtile est.

¶ Immodicis vigiliis tussis intercedens mortifera est:

¶ Obliuio que sanis sponte ꝓuenit comitialem morbū aut letargiā: aut apoplexiā denunciat.

¶ Ulcera que insanientibus accidunt pestifera sunt.

¶ Uertiginosis senibus apoplexia facile imminet.

¶ Si in comitiali morbo mens lesa est: aut neruorum facta resolutio: valitudini spes non est.

¶ Morbus comicialis añ pubertatē ort⁹ q̄n q; finitur.

¶ Apoplexiā ꝓnunciant: nocturne suppressiones: que et morbū comitialem: vel insaniam presagiunt.

¶ Dementia sepe in comicialē morbū vertitur aut contra

¶ Morbus comitialis frequens exitialis est: quem neruorum contractiones antecedunt.

¶ Melancholicis sanguinem frequenter dimitti apoplexiā vel similē morbum portendit.

¶ Apoplexie si febris accidit: vbi abscessus causa nō fuerit triduo eger insepultus esse debet: quo decretorio q̄n q; tempore morbus finitur.

¶ Neruorum vicia tolluntur plurima: si occipitio studes

¶ Ebrietas neruis nocet: ⁊ conceptum inhibet.

¶ Qui colicis sepe laborāt: i neruoꝝ resolutionē icurrūt

¶ Infantiū vrina viridis neruoꝝ contractionē: vel resolutionem predicit.

¶ In vulnere neruorum contractiones exitiales sunt: et que ex arefaciente causa oriuntur.
¶ Frigida estate supiniecta mēbris: frigidā neruoꝝ materiā discutit: si vires adsunt.
¶ Cum stupent cerebro membra exitium denunciant.
¶ Cū membri stupor perseuerat neruoꝝ vicia presagit.
¶ Timere ex somno mali morbi indicium est.
¶ Somnus statim a crapula auriū viciis nocet.
¶ Distillatiōes frigide febre maturant: callide accēdūt.
¶ Quibus capitis distillationes fluunt: raro pleuretici fiunt.
¶ Austris caput humorem sepe recipit: qui mox aquilone sine intermissione distillat.
¶ Sternutamenta partum adiuuant: cōceptum vero expellunt.
¶ Ubi sternutamenta frustra tentantur: vires corporis inualide sunt.

¶ Collectionum caput octauum.

SI cum oculorum viciis capitis dolores sunt: hi prius discutiendi: mox oculorū malis medere oportet.
¶ Nihil oculis coitu nocentius.
¶ Crapula nocet oculis: magisqꝫ quia cibo statim dormiunt.
¶ Supinus somnus ac vigilie moderate oculis psunt.
¶ Sanguinis frequens dimissio oculoꝝ claritati obest.
¶ In epiphoris oculoꝝ: vel eoꝝ viciis omnibus caput oleo perungere: aut auribus instillare perniciosum est.
¶ Lippienti medetur delectio
¶ Frequētiores in cibo lactuce claritati oculoꝝ nocent.
¶ Surditati veteri difficulter succurritur.
¶ Surdi quandoqꝫ fiunt: vbi biliosus fluxus ventris substiterit.
¶ Surditati aurium nihil biliosa aluo vtilius.

¶ Faucium tumoribus sub lingua vena utiliter secatur.
¶ Agina in peripneumoniam quãdoq; vel in precordia tendit ac perimit.
¶ Qui anguie morbo intereunt: iis prius nerui ꝯbunt.
¶ Aurium purulētia importune persanata vertigines oculoꝝ excitant: redeunte haud dubio tolluntur.

¶ Collectionum caput nonum:

Cor nullo abscessu afficitur: quod si diu mala habitudine affligatur nunq̃ sanatur.
¶ Defecti vino statim recreant.
¶ Vinum dilucius pueris: senib⁹ meratius conuenit.
¶ Croci cordis vitalibus medicamētoꝝ vires defert siccas vero capiti.
¶ Febres putride cordis caliditatē: & hūiditatē arguūt
¶ Materia q̃ peripneumoniaꝫ: aut pleuresim facit: si ad cordis vitalia ptinet prinus necat.
¶ Humorum omnium superuacua exinanito cordis vires offendit.
¶ Corde sponte frigefacto: aut calefacto: arefactoue phtisis certam originem habet.
¶ Cor humectū febre putrida sepe periclitatur.
¶ Circa precordia ortis vlcerib⁹: sanguis ex sinistra nare profluens mortē subitam prenūciat.
Immodicus cordis tremor: animi prius defectum: mox interitum affert.
¶ In cordis affectib⁹: auferre causaꝫ: ac que hylaritatē custodiunt addere oportet.
¶ Odorata offitia cordi conueniunt: fedicq; odoris locoꝝ cruciatibus.
¶ Animi defectio: si perseuerat insanabilis est.

¶ Concitate vomitiones: anime extincte speciē reuocāt nisi sudore deliquerit: i quo casu etiam extremorum ligature obsunt.
¶ Asma senibus difficilius est.
¶ In laterum doloribus: si materia in. xiiij. diebus non excreatur vomica oboritur: que rursus si. xl. diebus non purgatur tabes subit.
¶ Pregnantibus: senibusq laterū dolores letales sunt.
¶ Aquilonibus vere pleuretici fiunt: estate itē ac autūno pluuioso.
¶ Pleuresis q̄ excreatiōib' sanguineis nō leuat: suppurat iōes interiores: vt diximus: aut exitiū portēdit.
¶ Pulsus arterie distēsus: pleuretico periculū minatur presertim si vires non sunt.
¶ Saliua nigra in. viij. die incipens: pleureticis malum presagiū indicat.
¶ Ptbisicis autūnus contrarius.
¶ Infantes a ptbisi facilius liberantur.
¶ Ptbisicis pustula i spatulis orta fabe magnitudine vltra. iij. diem mortem minatur.
¶ Pleureticis: nihil vtilius sanguinis missione: quibus medicine stupefaciētes plurimū nocent.
¶ Pleuretici q̄ cōualuere: si rursus errore seu temeritate reciderint haud dubio moriuntur.

¶ Collectionum caput decimum.

Caliditas stomachi nō naturalis: lactuca cōmanducata cōciliatur.
¶ Stomacho equales medicine propicie sunt.
¶ In expertis aut dubijs leues primo vomitiones dari debent.
¶ Exercitationes ante vomitum laudantur.

¶ Ad vomitiones si vinum datur copiosius bibi debet.
¶ Biliosi:estate:ac meridie presertim tuto vomunt.
¶ Cholera vtiliter macris per vomitiones effunditur.
¶ Qui leuamentum non prestat vomitus inutilis est.
¶ Crebre vomitiones grauidis:auribus dentibus ocu-
lisq̃ nocent.
¶ Sanguinem per vomitum emitti malum est.
¶ Stomachi vulnus non sanatur.
¶ Ad stomachum infirmum:varij humores effundūtur.
¶ In ventre calido bilis generatur plurima presertim si
cibus biliosus assumatur.
¶ Frequens medicamētorū vsus stomacho officit.
¶ Stomachus q̃ faciliter sentit:temere quoq̃ leditur.
¶ Mens cōmota nimia crapula de facili discutitur.
¶ Morbi ventriculi inextricabiles imbecillū hominem
reddūt:obiter egre sanantur.
¶ Uētris ꝓspera habitudo:pinguia adamat:q̃ ꝛ firmis-
sime materie cibum facilius concoquit.
¶ Ueratro optime vere purgamꝰ: autūno tolerabiliter:
si id in vsu est.
¶ Ante veratri potum pinguibus: ꝛ humidis vescendū
est.
¶ Ueratrum egris non semper prodest:sanis semper no
cet.
¶ Pura corpora veratro leduntur: neruorum enim con-
tractiones facit.
¶ In omni stomachi catharticō aliquid stypticum addē
dum est.
¶ In affecto stomacho: vbi materia dubia est:hiere cō-
positio prodest.
¶ Stomacho calido aqua gelida nocet vsum nō habēti.
¶ Cum stomachū cathaplasmatis refrigeras:ne pulmo
nes aut iecur ledas cauendum est.
¶ Oleosa ꝛ pinguia stomacho inimica sunt.
¶ Qui venerem coarguunt stomacho consulunt.

¶Difficili vomitu stomachus vexatur.
¶Dolor stomachi ex aqua frigida interdu͞ʒ letalis est: ex quo τ colicus dolor exoritur.
¶Si stomachi dolore pustula ī dextro crure innascatur in.xxvij.die egri exitum portendit: in quo tempore dulcia supra modum adamant.
¶Si ventris affectu pustula in supercilio orta nigra fabe magnitudinis que in vlceris genus mutetur mortifera est.
¶Morborum fere omniū causa est stomachi infimitas.
¶In longis morbis languens appetitus dānatur.
¶Sitim sedat somnus.
¶Stomacho sicco: corpus arefit: humido hydropisces prenunciantur.
¶Stomachi habitudo sicca: diutina vix corrigi potest.
¶In fortiori stomacho cib⁹ tenuissime materie viciat.
¶In stomachi affectu: si super oculo vlceris genus parvum apparuerit: ciceris magnitudine partim rubens: partim viride: superueniatq͞ʒ mētis delirium in.xvij.die mortem portendit.
¶In leua dormire stomacho vtile est in dextra materiā per aluum educit.
¶Pueri amplexus citra sudorem stomachum corroborat.
¶Vomice stomachi calide siliqua egyptia sepe data medetur
¶Ventris τ intestinorum in fluxionibus acida eructare securitatis nota est.
¶Aluus nigra sanguini atro similis repentina periculosa est: si etiam sine febre fit.
¶Nausee in pestilentia malum presagium est.
¶In decretorio tempore vomitus egrum a spasmo liberat: idem τ comitiales morbos τ letargiam sanat.
¶Contra singultus infinitos vomitus prodest: idem et nephreticus vtilis.

¶ Corporis vires porterit meror: fames: dolor: nec minꝰ grauis odor.
¶ Sanguinis vomitiones: ⁊ nigre bilis male dijudicant deteriores q̄ variant.
¶ In febre sanguinē euomere periculosum est: al's quandoq; iuuat.
¶ Uehemētis dysterijs infusio vomitū sedat
¶ Si vomitus materia causa est: vomitiones medētur.
¶ Calida pedes lauari: ac extrema fricari vomitiōes sedant. Idem prestat ⁊ somnus.
¶ Ex febre ardenti vel inedia sequens singultus malū augurium est.
¶ Singultus infiniti ēx ictu capitis letales sunt.
¶ Singultus crebri: circa crisimū tempus: neq; spem neq; metum promittuut.
¶ Singultus sternutamento finitur.
¶ Si vomitu singultus non discutiuntur: ac rubescant oculi: stomachi aut cerebri apostema significant.
¶ Singultientibus supputatio in lateribus nata ī loꝛtu solis mortem presagit.

¶ Collectionum caput vndecimum.

IN iecoris remedijs ducere ventrem vbi vrina cienda sit: vel cōtra maxime dānatur.
¶ Iecoris medicamenta vehemēter cōtrita dari debent.
¶ Abscessibus iecoris dulcia nocēt: presertim calida.
¶ Epaticos stomaticosq; facies color per se indicat.
¶ Iecore male coquēte facies: oculiq; tument.
¶ Uētris fluxus initio carnis loture filis cum cibi appetentia frigora indicat: cum stomachi vo tedio humoꝝ corruptoꝝ nota est.
¶ Uētris fluxus: vbi corpꝰ calide nature ē: in virulentiā mox in fecem cōmutatur; qui sanguis adustus dicit; cuꝫ

plurimũ hec omnia precedit cholerica deiectio.

¶ Uẽtris ꝓfluuiũ: si corpus frigidũ est in cõgelatum san guinẽ exinde in diuersam materiã trãsformatur

¶ Deiectio rursus saniosa: vel carnis loture similis infir mam iecoris cõcoctionem ostendit.

¶ Alba excrementa vix que cõfecta: digerendi ⁊ attrahẽ di vim inualidã significat: varia ꝟo corruptã digestionẽ ostendũt.

¶ Retrimẽtoꝝ leuitas: albedoq́ attracticem virtutem viciatam indicat.

¶ In fluxu sanguinis styptica remedia interdum no- cent: obiter aperientia: ac recreantia aromatis exiguo addito ex mero preferuntur.

¶ Iecoris dolore pruritus occipitij: pollicisq́ pedis: ac pustula citra colũ nata: egri perniciẽ die. iiij. presagit qđ auguriũ vrine difficultas si affuerit magis cõfirmat.

¶ Abscessus iecoris: si ad lienẽ trãsfertur: laudatur: e di uerso periculosus est.

¶ Abscessus si calidus est: siue in dextro siue i sinistro la- tere: egrum plurimũ inquietat.

¶ In morbo arcuato durũ fieri iecur perniciosissimũ ẽ.

¶ Puro iecoris apostemati: nullum presidium est: si ve- tus malum est.

¶ Passum iecorariam ventris deiectionẽ facit.

¶ Uentris profluuium: quo corpus affligitur: si contra bitur leuat. Si ꝓfluit ledit: ac e diuerso.

¶ Senibus in longa valitudine fluxus metum facit.

¶ Aqua intercus vicio iecoris fere semper oritur.

¶ Lienis magnitudo hydropa minaf vel corpis maciem

¶ Hydropisis nocentior est: que ex acuto morbo oritur: vel que in calido: ac sicco corpore incepit.

¶ Hydropici ex lienis: ꝙ ex iecoris duricie facili' sanant

¶ Ex longa hydrope dyspnoea: aut crebri anhelitus ven trisq́ ꝓfluuiũ triduo interitum prenunciat.

¶ Singiuaꝝ: ⁊ oris vlcera in hydrope mortẽ minantur.

¶Aqua que cutem subierit: si simul omnis effunditur letalis.

¶Hydrops que iecoris apostemati superuenit difficulter sanatur.

¶Collectionum caput duodecimum.

DIsentericis post aurem sinistram enata pustula erui magnitudine: sitisque interueniens in .xx. die mortis presagia sunt.

¶Intestinorum et stomachi leuitas: que torminibus oritur egrum precipitat.

¶Alui deiectiones ex atra: crassaque bili: nõ sanantur.

¶Aquosa deiectio: que mox vnctioni similis profluit dãnatur.

¶In dysentericis neruorum contractiones: vomitiones: singultus crebri ac dementia denique dira auguria sunt.

¶Balbi ventris fluxu facile periclitantur: alias (vt diximus) egre medicamẽtis purgantur.

¶Si in puericia mollis est aluus: eadem in senectute cõtrahitur et ediuerso.

¶Qui ventris profluuio moriũtur: iis primum vena formicans percipitur: mox intermoritur pulsus.

¶Iliacus morbus nisi resolutus est intra .vii. diem letalis est.

¶Colicus dolor vi pestifera quandoque regiones et prouincias occupat: letiferaque contagia immitatur.

¶Febricula colicos dolores sanat: si ex spiritu; vel flegmate oriuntur.

¶Ex iliacis doloribus vomitiões et singultus crebri ac deliratio dirum augurium faciunt.

¶Ex stranguria iliacus dolor: in .vii. hominem rapit: nisi febris cum sudore presidium afferat.

¶Pregnãtibus tenasmus exitialis est

¶In febris initio mortue tinee in remissione vero viue

per aluū transmisse spem prenunciant.

¶ Cum hemorrhoydas resecamus: singulatim eas auferimus: in qua curatione vna demū dimittēda alioquin egro exitium minari.

¶ Ani fistula interius secanda non est: alioquin innoluntario excrementa emittuntur.

¶ Collectionū caput tertiūdecimū.

Renū exulcerationes q̄ vesice facilius sanātur.

¶ Vesice calculi puericiam: renum vero senectutem infestant.

¶ Calculi morbus ad posteros transit: ideo hereditariū malum dicitur.

¶ Pinguiores renū calculi: vesice vero macié sollicitāt.

¶ Urine difficultatibus: si tenasmus supuenerit in. vij. die exitium portendit: nisi profluuium malo subueniat.

¶ Melancholicos iuuat moderata venus.

¶ Nimia venus corpus eneruat: et febres acutas: et ardentes excitat: colicosq̄ dolores irritat.

¶ Oris graueolentia nimia quādoq̄ oboritur venere.

¶ Infirmi stomacho tutius venerem negligunt.

¶ A crapula vel inedia libido dānatur.

¶ Corrūpitur nimia salacitate fecunditas.

¶ Ebrietas conceptum inbibet.

¶ Pedes oleo feruentis nature peruncti venerem stimulant.

¶ Viri hyeme: femine: estate salaciores sunt.

¶ Qui nudis pedibus ambulant: libidinem extingunt.

¶ Veneris ymaginationes nocturnas leuat semen lactuce ex vino potum.

¶ Vulue viciis iecoris habitus corrumpitur. vnde aqua intercus sepe oritur.

¶ Steriles feminas infirmas esse; verum fecundas celerius senescere haud dubium est.

¶ Si nidor feminarum naturalibus subditus ori respō-det: fecunditatis nota est.

¶ A mensibus si natura humens est: conceptus non admittit.

¶ Ubi hyemem notbus: ac ver aquilo perflant abortiendi periculum est.

¶ Mammis cucurbitula imposita mulierū mēstrua sistit

¶ Si grauidis vbera emoriūtur: abortus imminet.

¶ Ubi gemini in vtero sunt: si alterum vber emoritur: alterum partum enectum esse indicium est.

¶ Pregnantem citra quartum: aut vltra septimum mēsem: purgare metus est.

¶ Quibus menses in totum premature subsistūt: citius moriuntur.

¶ Uulue strangulationes. que retardatis mensib' fiunt minoris periculi sunt: q̄ que retento genitali semine accidunt.

¶ Uulue strangulatus autumno magis sentiuntur.

¶ Suffuse sanguine mamme furorem venturum esse testantur.

¶ Mulier sanguinem vomens profusio menstruis liberatur.

¶ Que mensibus non purgatur: sanguinis ex naribus profluuio tuta est.

¶ Locis laborantibus: aut difficulter parientibus sternutamenta prosunt.

¶ Collectionum Caput quartūdecimū.

Vinum ieiunis potū articulis nocet.

¶ Podagrici morbi a maioribus sepe cōtrahuntur.

¶ Uer podagras magis icitat: autumnus minus excitat.

¶ Podagre veteres: que vario humore proueniūt sana-

ri non possunt.

¶ Podagras quādoq3 varices orte sedant.

¶ Coxe dolor et cruditate oritur: verū et locorum dolore sepe contrahitur

¶ Articularius morbus: membra resoluit.

¶ Ischiadicos inurere summum presidium est.

¶ Biliosa podagra: que medicamentorum vsu nimio premitur perniciem minatur.

¶ Huic item vomitus magis ꝙ deiectio subuenit.

¶ Articulorum vicia: si iuuenes tentarūt: neq3 callum induxerunt. Solui possunt: maximeq3 torminibus: aut alui deiectione.

¶ Insaniam emendant varices enate: aut per ora venarum subita sanguinis profusio: aut tormina.

¶ Membra que resoluūtur: si non mouentur: et emacrescunt. in pristinum habitum non reuertuntur: magisq3 si vetus malū est: vel senectuti acciderit.

¶ Collectionum caput quintūdecimum.

Omnia exiccātia nō mordentia carnem alunt.

¶ Ulcera in alia parte corporis ꝙ in carne sita: omniaq3 que rotūda sunt: difficulter complentur.

¶ Instans suppuratio discutienda est: subsistēs resoluēda: increscēs vtroq3 modo oppugnanda est.

¶ Cera inter vnctiones additur: ne rerum vires protin9 elanguescant.

¶ Gule vlcus et vulnere cū plurimū letale est.

¶ Uiscida: atq3 styptica vt cicatricem inducimus.

¶ Ulcera exiguo nutrimento vincuntur: balneoq3 initio leduntur.

¶ Suppuratio: vulneribus ve neruosis linamēto opus non est.

¶ Finis.

¶ Jacobus robertetus Symphoriano Champerio. phylosophie: ⁊ medicine interpreti. S.D.P.

NOn sum nescius vir eruditissime: quū primū frontem ipsam litterarum aspicies te mihi statim esse succensurum: ꝙ die hesterna ad te non venerim: quum presertim operi instituendo Ille dictus esset dies: illa hora prestituta. Illud tempus ad auspicandum designatū: rem quidem cū tibi iocundā: tum mihi cōmodissimā. Uerum si meis excusationibꝰ annues: causasqꝫ animo (vt assoles omnia) benigno accipies: nihil erit ꝙ incidisse nos i culpam ducas. Ita tibi persuasum esse velim. Namqꝫ ego studia illa que nō tantū tuis exhortationibꝰ: ꝙ quotidianis pene meis efflagitationibꝰ suscepturus sum: nō modo nō aspernor: verū ea sic alacri vegeto: pseuerantiqꝫ aggredior animo: vt nulla neqꝫ rei difficultas: neqꝫ curarū moles: deterrere me ab instituto valeat. Idem mihi fortasse vsu eueniet: qđ obtusissimo cuiqꝫ ingenio accidere solet. Fit enim sepenumero: vt īmodico discēdi feruore: magnisqꝫ laboribꝰ: ac assiduis vigiliarū lucubrationibꝰ: nihil nō cōsequantur: ⁊ nos ergo (preter iactantiā dictū sit) manum ferule subduxisse nō inficiabimur. Sed nihil ad rem. Qꝫ vero ad te nō ierim: vt pollicitꝰ fuerā: nō modo non licuit mihi vesperi: sed ne hodie quidem accedendi locus. Quippe qui multis: variisqꝫ negociis: partim domesticis: partim forēsibus: quibus iam diu distringimur: nūc potissimum scatemus. Urget me dies crastinꝰ: habeo litem grauissimā: quā actis feriis cogimur instaurare: cogit aduersarius. Ego qđ in me est accingo me pugne: vulcaniciis quidē armis instructus. Ueniam ipse postridie caligatus: ocreatus: galeatus: loricatus: manicatus: quid plura? Ita instructus vt ad cōsummarissimum

cataphratum adjici posse videatur nihil. Sed locatum
satis. Tu vero hec omnia corsum accipias velim: ut itel-
ligas: animo meo ad omnis bonarum litterarum disciplinas
et precipue philosophiam ceterarum principem flagrantissimo: tempus
non correspondere. Vale interim studiosissime Sympho-
riane: meque quod facis amplectere. et vale iterum ex edi-
bus nostris. xij. kal. Novembris. Anno domini. M. xcvi.

¶ A monseigneur. M. Pierre picot do-
cteur es ars et en medicine Physicien: stipen-
diaire de ma tresredoubtee dame ma dame
la duchesse de savoye fille a Lempereur Ma-
ximilian Jehan lemaire iudiciaire et hystorio-
graphe de ladicte eprincesse. Salut.

NUperrime cum Lugduni
essem vir ornatissime. Ainsi que par
curiosite naturelle: ie memploie vou-
lentiers a investiguer choses nou-
uelles: perscrutans diligenter officinas calco-
graphorum nostrorum. Je trouvay preste a
mettre sur leurs formes impressoires vne eu-
ure nouuelle de ce treselegant philosophe ora-
teur hystorien et physicien messire Symphorien
Champier lyonnois: tractant des hommes illustres
antiques et recentz. Lesquelz de doctrina ve-
stra apollinea benemeriti sunt: et multa cele-
bratione digni. Ensemble vng aultre recueil
de ceulx qui ont redige par escript les loix divi-
nes. Et oultre ce vne impugnation tresuche-

mente contre la secte mahumeticque: Que quidē omnia: et si doctrinam ingentem hominis pre se ferant: veracꝫ diuitem eloquentie ostentent. Magis tamē demiratus sum laborem illum: et quidā laboriosissimū Obstupuicꝫ cum ex tam inextricabili laberintho in lucem limpidissimam eum facile conspexi prodijsse. Presertim virum alijs negocijs prepeditum. Persuasicꝫ mihi illum nō nisi ad instructionē publicam senatū putare. Car desia fauoye auctressoys veu assez de ses louables labeurs imprimez: tant en latin cōme en nostre lāgue gallicane. Ratus igitur sententiā hanc esse verissimam. Al honos alit artes; omnesqꝫ accēdunt ad studia gloria. Necꝫ ab officio meo abhorre re laudationem eius qui a cunctis extolli meretur. Jay escript a sa louenge. Hoc epygrammaticulum vernaculū: qualecūcꝫ est ruditer fabrefactuz. Lequel ienuoye a ton humanite. Ut scias me: eum qui familiam tuam: tam multimodis scriptionibus honorat. Etiā honore non vulgari prosequi. Uale.

Chāpier gētil. Riche champ pur entier.
Ton nom ton los. Jamais ne sōt terniz.
Ta gloire croist en sublime sentier
En bruit haultain et en biens infinitz
Tu floriras en tous lieux par droicture
Et seras dit territoire fertil
Chāp plain dhōneur ⁊ plain de floriture
Bien cultiue noble champier gentil.

Ne crains enuie et sa rude poincture
Car leurs meffaitz en fin seront pugniz
Mais suy tousiours ta biē faisāt nature
dont les exploitz sont louez ⁊ benitz.

Gentil champier honorable et vtil
Qui nous produiz doctrinalle pasture
Tant sont souefz les biēs de ton courtil
Qua lexprimer foible est mon escripture
Tāt sōt tes faitz biē faitz ⁊ bien fournitz
Que ne souffit mon encre ⁊ mon papier
Ains seruēt peu mes vers trop mal vniz
Pour extoller vng si gentil champier.

Fac et spera.

3

¶ Hippocrates de natura hoīs.

De victu.
De tuenda valitudine.
Medicine lex.
Hippocratis iusiurandum.
Hippocratis demonstratio ꝙ artes sunt.
Hippocratꝭ iuectiua in obtrectatores medicīe
Que quidē opa vt latine ꝛ emēdare legerent.
Curauit Andreas Brentius Patauinus.

¶ Francisco Dedo Venetoꝝ oratori.

Res varie a multis certatim dantur amicis.
Grata recessuro munera Dedi tibi.
Hec nos: que Venetū culto legat ore iuuētus
Ingenii nostri munera parua damus.

¶ Xysto.iiij.pon.max.Andreas brentius patauinus.S.P.D.

CUm in exequilinam ha bitationem. Oliuerij Cardinalis Neapolitani principis mei locuz saluberrimũ et amenissimũ ab vrbis frequentia ꝓpter pestilẽs anni tẽpus secessissem: ibiq cuz litterario ocio vacare posse sperarem: satis mihi negocij habere videbar: si integrã valitudinem conseruare licuisset ꝙ ex cõi totius vrbis valitudinis ꝑturbatiõe pleriq pestilẽtia caderẽt: aut grauissime egrotarẽt eodẽ morbi genere affligari: iccirco me ad medico rum libros: ex quibus aliquam valitudinis atq salutis opem peterẽ: euoluẽdos contuli. in his lecto Hippocra tis libro de natura hominis. In quo cum multa essent et cognitu digna et ad cauẽdos morbos ac valitudinem tuendã maxime pertinẽtia: placuit ꝙ primũ latinum facere: ꝙ cause mee atq tẽpori cõuenire: simul etiã ne nostri homines litteraꝝ grecarũ rudes carerent: tam cõmo do: tãq salutari libello: qui esset veluti summarium ac medicine compendium: in quo paucis describeretur et hominis natura et venarum positura ꝛ febrium species et victuum genera: que greci dietas appellãt: et pestilen tie ceterorũq morborum obseruationes atq remedia. Nec est cur quisq neget hec Hippocratis esse: si considerare voluerit ꝙ breuiter presse subtiliter argute atq concinne omnia hic scribantur: vt singula vere verba sin gulos sensus habeant qui videntur tanq̃ a natura mr̃e in lucem edi et veluti a diuino quodam ore manare: cum nihil clarius: nihil certius: nihil ad humanã naturã cõmodiꝰ dici scribiue possit. Adde ꝙ nihil hic insolẽter dictũ nihil gloriose scriptũ reperit q̃ quidẽ oĩa sũme: atq pcipue Hippocrati laudi tribuunt. Pre ea hic illoꝝ opio: qd oẽs medicoꝝ schole: vt ab aliis accepi ꝛ ipse legi: fe

disse Hippocratem testantur: cōfutatur qui vno tantum humore hominem cōstare censebant. Nō tamē ppterea inficias eo nō aliquid ab alio quopiam viro docto inseri vel addi huic libro nō potuisse: ne videamur ab Aristotele tāto disciplinaꝝ assertore velle oīno dissentire: q̄ libro de animalibus tertio: eandem venarum tractationem: que hic est: & eisdem verbis conscriptā refert ascribitq́ cuidam Polybo medico. Equidem vt aiunt: mallem in omnibus malam Aristotelis sequi sententiam q̄ alioꝝ optimaꝫ. Nolo tamen ita superstitiosus esse: vt nephas cōmitti putē: si existimaretur viros eiusdem facultatis eadem diuersis in locis tractasse parum vel nihil inter se discrepantes. Sed tenuis ingenij nostri mediocrisq́ vsus non est scriptorum tantorum viroꝝ iudiciū facere. Que facile tu Ponti. Maxi. pro singulari ingenio tuo admirabiliq́ scientia iudicabis: q vniuersū philosophie genus presertimq́ id q de rerum natura est: amplexus es: quod certe propter cognationem existimatur esse cū medendi arte coniunctissimum. Non esset tamen absurdum: quantum pro exigua ingenij facultate iudicare va leo. Si tanq̄ Minerue Phydie aliquid a praxitele vel Polycleto: ita dimidiato aut curto Hippocratis libro superinductum quid legeretur aut additum ab aliquo Hippocratico medico vel Philosopho. Cuius autē cūq́ fuerit hic libellus: hoc sine vlla dubitatione confirmaue rim: talis est profecto: vt quisq́s eum frequēter in manibus tenere & his que in eo scripta sunt: parere voluerit: is ab omni morbo integer futurus: itaq́ valitudinem cōseruaturus sit: vt non indigeat medicoꝝ: aut victu: aut manu: aut medicamentis: quibus qui minus addicti sūt melius valent: rarius egrotant: tardius consenescunt & letius vitā vitalem viuunt. At tu vero Pont. Max. hōc solūmodo delectationis causa legere poteris: cum nulla amplius precepta te erudire aut docere possint omnium scientiarum scientissimum: qui sicut philosophorum sus

dijs ad bene viuendum: ita medicorum institutis ad be ne valendum minime indiges; qui summa doctrina atque incredibili sapientia omnem bene beateque viuendi viam et rationem precepisti ac felicissimo fortunatissimoque vsu cum omnium laude et admiratione tibi plane confirmasti. Uale.

Hippocrates de natura hominis ab and. bren. pat. con. versus.

Qui cōsueuit audire eos qui de humana natura altius quam ad medendi facultatem pertinet: disputāt hui⁹ certe oratio: vt ab alijs audiatur: apta non est. Neque enim prorsus dixerim hominem aerem esse: aut ignem aut aquam aut terram aut aliquid aliud quod minime vnum in homine in esse manifesto apparet. Sed id quibus placet dicere permitto: At qui mihi quidem non videntur huiusmodi homines recte sentire. Nam cum idem sentiant: idemque cōcludāt: loquūtur tamen diuersa. Aiunt enim vnum quid esse quod est: ac id esse vnum et omne: verbis autem discrepant. Quoniam id vnum et omne eorum alius asserit esse spiritum: alius calorem: alius liquidum: alius aridum. Tus sua quisque ratione concludunt argumenta ac testimonia et indicia afferunt: que nullius sunt penitus momenti. Quod vero eodem sunt sensu: verbis autem dissentiūt: ea re patet eos ignorasse que profitentur. Quod quidem his precipue perspicere licuit qui illorum contentionib⁹ interfuerint. Nam cum ijdem illi boni viri eodē in conspectu atque consensu auditorum inter se contendant. nunquam tamen in eodem sermone vnus idemque vir tres deinceps alios cōuicit. Sed modo hic superior est: modo ille: modo cui presertim cūque fuerit lingua magis fluxa magisque in turbam idonea. Qui autem recte sentire putans aliquid de rebus pollicetur is merito rationes suas proba

biles atq invictas semper affert. Siquidem vera intelligit et recte demonstrat. At vero isti quidem videntur imprudentia sua non tam in verbis: dum disputant: errare: quam etiam Melissi sententiam sequi atq probare. sed de his hactenus. Etiam ex medicis quidem hominem sanguine tantum: quidam bile: quidam pituita constare dicunt: ipsiq omnes eandem subiiciunt conclusionem. Aiunt enim vnum quid esse: cui nomen ad illorum cuiusq libidinem imponitur: porro id vnum formam et vim mutare a calore: vel frigore coactum. Morx dulce aut amarum: aut: album aut nigrum: aut aliud quid diuersum fieri. Uerum hec non sic habere mihi videntur. Nam si homo vna re constaret: nullo vnq morbi genere afficeret: Neq enim esset: vnde doleret cum vnum tantummodo foret. Quod si affligeretur: vna vtiq curatio necessario foret. Contra nunc plures existunt. Quia plura in corpore sunt: que cum plus iusto inter se calefiunt: aut refrigerantur: aut siccescunt: aut humefiunt: morbos pariunt. Ex quo multa habentur egrotationum genera: et multe quoq illarum curationes. Ceterum mea quidem opinione qui hominem sanguinem et nullam aliam rem esse censet: is deberet demonstrare cum non mutare formam aut variari: aut saltem aliquod anni tempus: aut hominis etatem ostendere: qua sanguis solus appareret esse in homine. Uerisimile namq fore aliquod tempus: quo id vnum in seipso esset. Hec a me dicta etiam in eos conueniunt qui bili siue pituitate tantum tribuunt. Ex quibus vero hominem ego constare dixerim ea et secundum legem et secundum naturam: cum et vniuscuiusq etati tam iuuenili quam senili tum tempori tam calido quam frigido conuenire demonstrabo: atq signa etiam et argumenta afferam eaq aperiam quibus necessario quodq augetur aboleturue in corpore. Primum generatio ab vno fieri nequit. Quonam enim pacto vnum quid generare posset: nisi

quid aliud admisceretur? Tum nec que miscentur: gene-
rarent: nisi essent eiusdem generis eandemqꝫ haberent
facultatem. Rursus nec generatio quidem nobis perfe-
cta foret: nisi calidum et frigidum siccum et humidum
inuicem temperate et pari modo se haberent aliter ina-
nis esset: si alterutrum altero valentius infirmiusve fo-
ret. Proinde qui verisimile est: vt aliquid ab vno gene-
retur: cum id ne a pluribus quidem fieri possit: nisi mu-
tuo temperamento mixtis. Cum igitur natura eiuscemo-
di sit: cum omnium reliquarum rerum: tum etiam homi-
nis necesse est hominem non vna re constare: sed vnum
quodqꝫ eorum: que generationi suppeditauerint: talem
quampiam vim in corpore possidere: qualem contri-
buerit. Rursus homine animam agēte singula in pro-
priam naturam discedunt: vdum inquam in vdum:
siccum in siccum: feruidum in feruidum: algidum in algi-
dum. Nempe talis est tum animantium: tum ceterarum
omnium rerum natura. Omniaqꝫ sic orta: occidunt si-
militer. Ex his enim que prediximus: omnibus: cuiusqꝫ
natura consistit: definitqꝫ pari ratione: cum id in seip-
sum vnde concreuerit: se receperit. Corpus autē huma-
num habet in se sanguinem et pituitam et bilem dupli-
cem tum flauam tum atram. Ex quibus et consistit et
egrotat et valet. Valet quidem precipue cum ea inter se
vim et copiam mediocriter temperatas maxime que
permixtas habuerint. Contra laborat: cum eorum ali-
quid est plus minusve iusto: siue cum in corpore secretū
est: neqꝫ cum aliis confusum. Quod quidem non mo-
do locum ex quo abscesserit: afficit: verumetiam ad quē
abscesserit: exercet: propter nimiam et exuperantem co-
piam. Vtiqꝫ si quid citra superfluitatem foras erupe-
rit: negocium prebet propter exinanitionem. Similiter
intus si vacue fit migratio aut ab aliis excernit duplicē

molestiam prebeat: necesse esse: quemadmodum dictum fuit: videlicet vnde abscesserit: ac vbi eruperat. Quod vero dixi me quibuscunque hominem constare statuerim: ea semper esse demonstraturum secundum institutum et naturam: iccirco aio sanguinem esse et pituitam et bilem: tum flauam: tum atram Atque horum nomina primum quidem instituto distincta esse dico: quod nulli eorum idem nomen inditum fit: deinde secundum naturam formas discrepare minimeque pituitam similem esse sanguini: aut sanguinem bili; aut bilem pituite. Quonam enim pacto inter se similia esse possunt: cum neque ad visum neque ad tactus similia esse cognoscantur. Neque enim pariter calida siue frigida: siue sicca: siue humida sunt. Ergo quando tantum inter se et forma et vi differunt: necesse est: ea non esse vnum siquidem neque ignis et aqua idem sunt. Quod ea omnia vnum non sint; sed ex ipsis quodque propriam vim atque naturam trahant vel hac vna re tibi maxime constare posset. Quia pharmaco quod pituitam siue bilem aut flauam atram cit: dato; pituita siue bilis flaua aut atra tibi euomitur. Item aliqua corporis pars vulnere affecta tibi sanguinem emittet. Atque omnia vsu hec tibi venient tam interdiu quam noctu: tam hyeme quam estate: nullo temporis spacio intermisso: donec homo spiritum accipere reddereque poterit: poterit autem: donec aliquo istorum priuetur cognatorum. Que quis negaret esse congenita: cum luce clarius appareat hominem dum inter viuos agit cum ea omnia in se semper habere: que nunc dico atque demonstro: tum etiam natum alterum que ab homine eadem illa omnia habente. Qui autem vnum quid esse hominem putant. Hi mihi propterea in hanc opinionem venire videntur: quod ex his que epoto pharmaco inter purgationes animam efflarunt: quosdam bilem: quosdam pituitam euomentes conspicati: putarunt hominem quoduis illud esse: quod per purgamenta morientem eiicere conspexissent. Eadem nituntur ratione qui hominem dicunt esse sanguinem: quoniam cruo

rem: qui sibi sub conspectū ex iugulatis bo!bus manās
subiicitur animū in homine esse putarunt. Hec sunt qui
bus omnes isti vtuntur in suis sermonibus: argumenta.
Uerum qui bilem solum per purgationem eiecerit: ad-
huc mortuus est nemo: sed sumpto pharmaco quod bi-
li mouende est: primū bilem: mox pituitam: porro alterā
bilem atram & quidem per vim tum demum moribūdus
sanguinem euomit purum: quod idem contingit his qui
sumunt potiones pituitam mouentes. Primum enī pi-
tuitam: deinde bilem flauam ex hac atram: postremo san
guinem purum euomunt: atque e vestigio finiunt vitam.
Nam pharmacum cum corpus intrarit primo id quod
omnium maxime sibi secundum naturam cognatum atque simile
est: agit exinde reliqua trahit & purgat quemadmodum
stipes & semina terram ingresse sibi quod ex ipsarum na-
tura est trahunt: vel acre: vel amarum: vel dulce: vel sal
sum: quam vel aliud quid diuersum imprimisque ex eo plu
rimum quod sibi naturali propinquitate maxime coniun-
ctum est arripiendo: tum cetera deinceps attrahēdo: ta-
lem quoque modum pharmaca seruāt. Que bilem mouēt
primū meracissimam purgant: deinde mista. Item pitui
te pharmaca primum meraciorem pituita ciunt post cō-
fusam. Iugulatis sanguis fluit primo quidem feruentis
simus atque perque rudibus: mox magis pituitosus magisque
biliosus. Hyeme crescit in homine pituita. Quod ipsa pre
cipue ex omnibus que in corpore sunt: natura sua: eo tē
pore frigidissima est: argumento, quia si pituitam: bilē:
sanguinem tangere libuerit: pituitam profecto facile om
nium algidissimam reperies: tamen & si lentissima sit ac
non nisi summa cum violentia secundum atrem bilem citetur.
Que enim per vim veniunt: ea propter violentiam feruen
tiora reddunt. Sed tamen pre his omnibus pituita suapte
natura multo frigidissima apparet. Quod autē hyems
corpus pituita impleat: tibi patebit cum ex sputo & mu
co ac pituita nasi: que hyeme supra modū fluentia emun

gñtur: tum vero et ceteris morbis pituitosis precipue tumoribus qui precipue eo tẽpore maxime albicant. Vere autem pituita in corpore valentissima inest. Sed sanguis crescit: suscipitq; indies magis incrementum. tunc enim frigora remittuntur ꝛ hymbres relaxantur ex quibus ꝛ dierum quoq; tẽpore sanguis augetur cuius nature id ãni tẽpus: quoniam humidum est ꝛ calidum: maxime consimile existit: indicio quod homines verno estiuoq; tempore potissimũ terminabimus corripiuntur ac supra modum calescunt et rubent atq; sanguis e naribus fluit: estate vero adhuc sanguis tum viget sꝫ bilis effertur accrescitq; et in autũnum pertinet. In autũno sanguinis parum est quia illius nature id temporis contrarium habetur. Bilis ꝛ estiuo ꝛ autunnali tempore imperium corporis obtinet argumento: ꝙ homines et sponte sua ꝛ per purgationum potiones bilem biliosissimas que res euomunt vel exernunt. Quod item et febribus ꝛ hominum coloribus patet. Pituita estiuo tempore longe infirmissima est ꝙ ei tempus ob calores siccitatesq; vehementer aduersatur: autunno sanguinis quota pars est in homine. Quoniam id tempus siccum est ꝛ hominem iam refrigerare incipit. Sed atra tunc bilis ꝙplurima est ꝛ potentissima que instante vero hyeme decrescit iminuiturq; refrigerata. Rursus pituita vicissim augetur: tum ab ymbribus numerosioribus tum a noctibus longioribus profecto hec omnia semper habet corpus humanum: que certe non negauerim pro temporis circunsistentis qualitate ac ꝓpria cuiusq; natura separatim modo maiora modo minora fieri: vt annus omnis omnium istarum rerum caliditatis scilicet et frigiditatis et siccitatis ꝛ humiditatis particeps est neq; enim quepiam illarum vel quota temporis parte consisteret: sine reliquarum omnium que in hoc mũdo sunt consortio. Immo si qua deficeret: oẽs simul abolerent. Quippe que ab eadem sunt constitute necessitate: imul-

ceq alunturq substētanf. Simili modo homo si qd eoꝝ ipi deficeret que congenita sunt: nō amplius vitā degere posset. In anno modo hyems maxime: modo ver. modo estas: modo autūnus viget. Haud aliter in homine interdum pituita dominatur: interdum sanguis: interdum bilis: tū flaua: tum atra: euidētiore quoq argumēto: quia si quater in anno eidem homini vnam eiusdem generis potionez dederis: hyeme tibi euomentur pituitosissima vere humidissima: estate biliosissima: autūno nigerrima. Cum igitur hec ita se habeant: oportet egrotatiōes que hyeme incremētum suscipiūt: estate desinere: q econtra: que estate creuerint: hyeme terminari: nisi intra dierum circuitū de quo postea loqmur: absoluanf. Vernoꝝ morboꝝ liberatio in autūnum expectanda est: autūnalis autem: veris tēpore liberētur necesse est. Hec vero quisquis stata tēpora superauerit: hunc fore annū scire oportet. Sic medicū morbis mederi oportz habita bene cuiusq quod in corpore ꝓ tēpore q eius natura viget: rōne. Impmisq preterea non ignorare debet morbis qui ex impletione ꝓficiscunf: exinanitione curari: et e diuerso: qui euacuefactione ꝓueniunt: sanari saturitate. Qui a labore hos qete: qui ex ocio: eos exercitatiōe euinci. In summa oportet medicū scire obsistere in stantib⁹ q morbis q formis q tpib⁹ q etatib⁹ q contēta laxare q laxata cōtēdere tale nāq mō morbi viciū facillime desistere poterit. Et hoc mihi sanatio esse videtur.

¶ Obseruationes morboꝝ.

Morbi alij a victus genere alij a spū quē trahētes viuim⁹ ꝓueniūt. Sz de vtriq h mō disceptari atq dijudicari oportet: cū vna egritudine cōplures eodē homines tempore corripiūtur: causam ad id reijcere debemus qd maxie cōmune est q oēs vtimur id aūt spūs est quē accipim⁹ reddim⁹ q tūc em victū nr̄m nequaq in causa esse manifesto ꝯstat: cū morbus oēs pariter attin

git tam iuniores ꝙ seniores:tam feminas ꝙ mares:tam
temulentos ꝙ abstemios:tam qui ordeaceum ꝙ qui tri-
ticeum in cibatu sumunt panem: tam qui parum ꝙ qui
multum laborant. Ergo non victus rationi in causa po-
nendum est. Cum homines quoquo vescendi modo vtē
tes in eandem incidunt egrotationem. Cum vero codez
tēpore diuersi morbi gignunt:sine dubio victus cuiusq
culpa est. Oportet itaq remedia adhibere cuz morbi oc-
casio est quēadmodum a nobis alibi dictū est: repugnā
do:tum etiam victus genera mutando quandoquidem
cibos quibus homo vti solitus est nequaꝙ aptos esse li
quet vel vniuersos vel plerosq vel vnum eorum quēpiā
quod cum didiceres inspecta tamen ⁊ considerata vt a
me iamdudum dictum est hominis natura etate forma
⁊ anni tempore ⁊ morbi genere: debes victum mutare et
remedia facere modo demendo modo addendo: cuz hoc
vt omnem curationem tuam siue victū ad cuiusq etatis
habitum tēpora formas morbosq dirigas. At qui si mor
bus vnus omnes ꝑmiscue ⁊ vulgo infestat: clarum ē nō
victum:sed quem trahimus spiritum in causa esse quip-
pe qui morbidam plane quādam excretionem habeat. ꝑ
petuum igitur est homines per id tēporis hec admoneri
scz ne victum mutent qui morbi causa nō existat: prospi
ciant vt corpus sit ꝙ solidissimū atq attenuatissimū ci-
bis potibusq quibus vti consueuerint sensim demendo
quia si festinantius victus mutaretur a mutatiōe peri-
culum foret:aliquid in corpore innouandi. Quare solito
victo vtendum est cum noxe causa sit nulla hominis. In
super vt ꝙ paucissimus spiritus corpus ingrediatur isq
vt maxime peregrinus sit ꝓuidendum: tum loca in qb⁹
morbus grassatur:quoad fieri potest mutando:tum cor
pora attenuando. sic enim minime multo ac denso homi-
nes egeant spiritu. morbi qui a corporis membroꝝ vali-
dissimo proficiscūtur grauissimi sunt atq si ibi vbi cepti
sunt:manserint:necesse est validissimo membroꝝ laborā-

te totum corpus laborare. Sin autem ab imbecillioribus se inualidissima insinuauerint facilius absoluuntur: qui facile vindicantur que influunt.

¶ De venarum natura.

Vene corporis crassiores ad hunc modū oriunt̄ q̄ttuor paria sūt. ¶ Primū qd ab occipite ortum tendit p ceruicē summa preptās latera spine ad clunes et crurā: deinde p tibias et maleolos exteriores ad pedes q̄obrem doloribus dorsi et coxarum de poplitibus malleisue exteris sanguinem mitti solitū est. ¶ Secundum venarum par de capite circum aures per ceruicē iugulare dicte sunt: intus propter spinam et lumbos ad testes et femora perfertur atq̄ per poplites et tibias propter interiores malleolos ad pedes. Quapropter doloribus lumborum et testium sanguinem poplitibus aut malleolis mittimus interioribus. ¶ Tertium par venarum a tēporibus per ceruicem sub scapulis porrigitur ad pulmones et altera de parte dextra in finistram pergens mamam subit et ad lienē renēq̄ descendit: altera de finistra in dexteram pcedēs a pulmonibus mamam subit mox iecur petit et renem: vtraq̄ postremo ad podicem definit. ¶ Quartū par ortum a sincipite de sede oculorum per cervices ad humerox clauiculas deuenit: vnde per lacertos ad agllem mox per cubitos ad volam et digitos vnde intus remeans ad alas ppaginem mittit: que summas costas petreprat: dux altera ad lienā altera ad iecur pueniat. Deinde vtraq̄ eminēs pvētrē ad genitale definit. Ita vene crassiores hꝰ sunt. Procedunt quoq̄ a ventriculo per corpus alie p multe et varie venule ramulox modo per quas alimentū corpori transmittitur. Quod a crassis venis et interioribus et extimis ferunt ventriculo et reliquo corpori sibiq̄ inuicē subministrant interne, s. externis et externe internis. Q

obrem has mittendi sanguinis rationes seruare aptissimũ est. Opereç̃ pciũ est: vt cultellus q̃ longissime a loco vbi dolor esse ⁊ sanguis cogi didicit: adigat̃. quia tali modo haud magna repente mutatio fieret ⁊ cõsuetudo remoueretur eodẽ amplius coeundi. oĩbus qui aut febre integri multũ puris excreant aut dolori vacui sedimẽtũ vrine admodũ purulentũ aut stercora cruẽta sicut in torminibus ⁊ diuturna habẽt qualia esse solent iuuenibus quinç̃ ⁊ triginta annos natis ⁊ hoĩbus etiam grãdiore euo: his omnibus eadem illa res morbi causa existit. Quapropter eos exercitationibus atç̃ corporis laboribus deditos esse oportet: ac ne operarioꝝ quidẽ labores in adolescentia subterfugere deinde laboribus remissis corpus implẽdũ est molli carne ⁊ a priore multũ differẽte: ita vt adeptũ ⁊ aduenticiũ corpus a superiore ⁊ vernaculo discriminis habeat multũ. Si qui igit̃ ita affecti qñç̃ in egrotationẽ inciderint q̃ primũ euadũt. Sꝫ post a morbo subinde tẽporis curriculo corpus liquat̃ ⁊ ad saniei effigiẽ p venas q̃ latissime ⁊ peruie sunt diffluit. Quod si ad inferiorẽ ventriculũ citeruit: tale ferme q̃le intus erat foras emittit̃ p meatus secessum: quippe qd̃ vtpote via decliui ⁊ lubrica: haud diu in intestino detineatur: quibus in pectus distillarit suppuratiõe infestãtur: q2 diutius in pectore sedens cũ veluti accliui expurgatione sursuꝫ versus difficulter eijciat̃ marcescit ⁊ suppurat. Si ad vesicã eruperit a loci calore calfit albũ redditur secernitur ac rarefit rarefactũç̃ desup fluitat: pars crassa subsidit: q̃ pus dr̃. Ideoç̃ pueris calculi ɔcrescũt ob eius loci ⁊ reliq̃ corpis caliditatẽ. Qd̃ vsu viris neq̃q̃ venit ppter corpis frigiditatẽ. Nõ alienũ ẽ scire hoĩem pma die supra q̃ possit: esse calidissimũ: nouissima auteꝫ frigidissimũ. Necesse eñi est calere corpus qd̃ adolescit et ad vires incremẽtũ q̃ tendit: e diuerso illd̃ supra modum frigere qd̃ ceperit aboleri ⁊ tanq̃ maturũ ac viuum atç̃ caducũ in ruinã preceps festinare. Atç̃ hac rõne homo

p̄ma die q̄to maximū suscipit incremētū: eo magis cale
scit. Sic extrema q̄to plurimū vitalis roboris detrahit:
tāto frigidiorē esse necesse ē. Ex illis aūt q̄ p̄dicto mō af
fecti sunt: plerisq̄ spōte sua: si rēpestiue. s. q̄nto τ q̄drage
simo die liq̄ri ceperint: sanescūt. Sin aūt ea dierꝫ metā
p̄terierint: p se annū cōualescūt: nisi vero quapiā alia re
bō offendat. Morbos q̄ sensim oriūtur τ quorꝫ cause co
gnitu faciles existūt: tutissimos appellare licet. q̄re pre
sētissima curatio: si q̄ p̄rimū morbi cause occurrat. Qua
sublata: morbꝰ absq̄ negocio discedit. Quibꝰ i vrina ad
arenularꝫ similitudine aliq̄d subsidit seu pori. s. topbi lapil
li: bis tubercula ad crassamvenā enata sunt: atq̄ suppu
ruerūt: deinde cū ea baud ita cito erūperētur: pori deuo
luti expure ac p venā simul cū vrina i vesicā extrudunt.
Si vrine cruēte sunt: in venis viciū est. Si vrina q̄ crassa
est: babuerit ad effigiē capillamēti carūculas admoduꝫ
minutas: signū ē viciū esse in renibꝰ τ articularibus Si
pura τ in summa vrina veluti furfures buc illuc q̄ inna
tent: scire licet vesice scabiē subesse.

¶ De febribus.

Magna ex parte febres a
bile sunt: genera earū q̄ttuor sunt absq̄
illis que doloribus eueniūt. Nūcupant
autem cōtinēs quotidiana: tertiana: q̄r
tana. ¶ Cōtinēs a copiosissima atq̄ me
racissima bile p̄uenit τ per q̄ breui iudicat. Qm̄ corpꝰ a
vebementi calore feruefactū dū nullo tēporis interuallo
refrigescit celeriter soluit τ absumit. ¶ Quotidiana scd'ꝫ
cōtinētem a largissima bile est: τ ex oibus aliis citissime
euincitur. Longior est cōtinente: quo pauciore ex bile vē
nit. Tū quia corpus propter intermissionē requiescit: in
continente autem nullo vnq̄ tempore quietem babet:
quia nulla fit inter capedo. ¶ Tertiana diuturnior est
q̄ quotidiana; a minore bile accedit: quanto plus in

tertiana ꝙ in quotidiana corpus requiescit: tanto diu-
turnior est ꝙ quotidiana. Quartana alioquin pari rõne
longe diuturnior tertianis est: tum quia minus bilis ha-
bens estum afferentis: tuꝫ quia corpus amplius refrige
scit: ꝙ ab atra bile id superantis materie ꝑficiscit ac dif
ficulter euellit. Nã cũ ea inter oẽs corporis humores lẽ
tissi:na: ꝛ glutinosissima fit diuturniores sedes cõstituit
qđ aut febres quartane atre bilis participes sint: hac re
tibi patebit: quod homines autunnali potissimũ tempo
re: ꝛ in etate vigintiquinqꝫ annorꝫ vsqꝫ ad quadragesimũ
quintum annũ: que ex omnibus etatibus maxime atra
bile detinetur corripiuntur quartanis: quibus autũnus
inter alia oĩa anni tempora expositissimus est. Quos
igitur vltra citraue id tempus ac eam etatem quartana
accesserit ꝓ comperto habere debes hanc febrem mini-
me diuturnam fore: nisi quid aliud homini officiat.

¶ De victus ratione.

T Diote homines hanc vi-
uendi regulam seruare debent. Hyeme ci-
bi plurimũ potus minimũ sumere: potus
sit vinũ: quam meracissimum cibi panis ꝛ
opsonia omnia assa: oleribus per id tẽpo-
ris ꝙ paucissimis vtendum est: sic eñ corpus siccũ erit:
ꝛ calidum. Uere autem potu largiore: vino diluto ꝛ sen-
sum: cibis mollioribus ꝛ paucioribus vti conuenit. ꝛ dẽ
pro pane. Maza adhibẽda est pari modo omnia assa de
menda: in quorum locum succedent elixa. Item olerib⁹
perpaucis vtendum donec homo in estiuo tempore con-
stiterit: cibis vt dixi exigendo mollioribus et opsoniis
ꝛ oleribus coctis ꝛ crudis ꝛ potu copiosiore: sed paula-
tim ꝛ sensim: ne magna subito mutatio fieret: que noxia
foret. Estate ꝛ molli maza: et potu dilutiore ac largiore
ꝛ oĩbus opsoniis elixis ali hac de re expedit vt corpus
refrigeretur ꝛ emolliatur. Etenĩ tẽpus illud calidum est

et siccũ: ac corpora reddit estuantia: et siccitate indurescẽtia. Oportet igitur ab huiuscemodi victus studiis atq remediis: auxiliũ petere: atq pari modo sicut ex hyeme ad ver: ita a vere ad estatem procedendũ est: partim cibis demẽdo partim potui addendo: sicq quot annis agendorum demũ ex estate hyemem ingrediendũ erit. Versa vice in autũno cibi debent esse plures et sicciores pariter opsonia pro tẽporis rõne. Potus aũt pauciores: et meraciores quẽadmodum homo cõmodius hyemem transigit: meliusq valet ac minus rigescit: si potibus parcis: et meracis ac cibis quã copiosissimis siccissimisq: vtat: quia illud tẽpus: valde frigidũ et humidum est.

¶De victu pro qualitate corporis.

Collibus quiq rubrũ trahunt colorẽ prodest plerũq anni sicciore victu vti: qđ illorum natura humida est Corosis et qui tenui sunt corpore: quiq colore sunt ruffo vel nigro: expedit maiorem anni partẽ victu exigere humidiore: q̃m huiuscemodi corpora sicca sunt. iuuenib[9] vtile est molliore et humidiore victu vti: quia etas sicca est: et corpora sunt cõstricta: seniores oportet maiore anni parte degere sicciore viuẽdi modo: corpora eñi ea in etate humida sunt et mollia: et frigida. quapropter oĩa victus genera: ad etatis habitum anni tẽpora. ac locorum hominũq naturam accomodanda sunt: instantibus algoribus et frigoribus occurrendo sic enim bona valitudo maxime conseruari poterit.

¶De exercitatione.

Hyeme celerius atq concitatius ambulandum: contra estate tardius: et lenius nisi per estum caturi. Habunde est iubere corpulentos acrius ambulare macilentos vero lenius.

¶De balneis.

BAlnee estate multe nõ icõ-
mode sũt hyeme pauciores: sed torosis ꝛ gra
cilib⁹ ꝙ corpulẽtis cõmodiores habentur.

¶De vestimentis.

HYeme vestimenta idui pu-
ra ꝛ rudia putile est: estate vero infecta atq3
mollia: e diuerso macilentis.

¶Opimi ꝛ qui attenuari cupiũt: oportet: ieiunos quoq3
laborandi mõ se exercere: postea deinde cibos admitte-
re: cu3 adhuc ab exercitationibus anclãt: necdũ refrige-
runt: prius tamẽ vino diluto: nec admodũ gelido epoto
tum vero obsonia que adhibentur: sesamis: ꝛ rebus dul
cibus: ceterisq3 id gen⁹ cõdiãtur: ꝛ pinguia fint hac ra-
tione vt paucis minimisq3: cõtẽti cit⁹ expleant et satu-
rent: quinetiã ꝑpetuũ est semel in die cõmesse balneo su
persedere: duriter cubare nudũ quo ad eius maxime fie
ri potest ambulare: qui tenues sunt ideoq3 ĩpleri desyde
rant: cũ cetera bis q̃ diximꝰ: cõtraria facienda sunt: tum
etiam supra omnia ieiuno stomacho: nihil laboris aut ex
ercitationis peragendum est.

¶Uomitus ꝛ alui lociones ita recte fieri ꝯuenit: sex hye
males mẽses vomitu vti nõ alienũ est: nã id tẽpus ma-
gis pituitosum est ꝙ estas. Atq3 circa caput ꝛ locũ qui
precordĳs impẽdet morbi gignũtur. Urgẽte autẽ calore
clysterib⁹ ideo vtẽdũ est: quia tẽpus estuosum .: ꝛ corp⁹
magis biliosum est: ac lũbis ꝛ genibus grauedines nec-
nõ inflãmationes exoriũtur: itẽq3 inferiores ventriculi
intorquẽtur: glomerãturq3: ac in eis tortiones fiũt. Er-
go corpus oportet refrigerare ꝛ que sũma innatãt super
flua subĩde deorsũ ꝟsus educere pinguiorib⁹ ꝛ hũidiori-
bus viris: clysteres ꝯueniũt salsiores ꝛ tenuiores siccio-
rib⁹ aũt ꝛ q̃ astricto corꝑe quieq3 templore valitudie sũt:
expediũt: piguiores ꝛ spissiores ex q̃ gñe sũt q̃ ex lacte ci

cerisq; tremore ac aliis eiuscemōi rebus ꝯstant. Tenues aūt et salsi sūt brassica mare et cetera id genus.

Quō vomitus fiant.

VOmit⁹ ad hūc modū eliciē di sūt hoīes q̇ corpulēti sūt ⁊ nō graciles: ie- iuni a cursu ⁊ acri āmbulatiōe: ad meridiē euomāt: emine dimidio hisopi triti ī aq̄ sextario cui sal idit⁹ fuerit ⁊ ace tū īfusū vt id gustu suauissimū habeat: epoto p̄mū quidē q̄cti⁹ deīde postea largi⁹ q̇ maciléti sūt ⁊ natura ībecil- liores a cibis vomitū h̄ mō moueāt: calida aq̄ lauēt: loti p̄mū meraci vini eminā bibāt. deīde cuiusuis gn̄is cibos edāt minimeq; īter edēdū aut a cibis bibāt ſʒ ꝯtineāt cate nus q̄rūs decē stadia trāsegerit: tū tria vini gn̄a austeri dulcꝭ ⁊ acris ꝯmixta p̄mū meraciora sēsim: post dilutiora largi⁹ bibāt: q̇ aūt bis ī mēse vomere ꝯsueuit: meli⁹ habe ret; si ꝯtinuo poti⁹ biduo: ꝙ q̄ntodecio q̄ꝫ die id faceret. Sūt q̇ ex toto ꝯ agūt: quib⁹ v̇o aptū nō ē cibos p̄ vomi- tū eiicere. aut quib⁹ alu⁹ nō respōdet: oīb⁹ his expedit se pi⁹ īterdiu eē: ⁊ diuersoꝝ geneꝝ eduliis ⁊ obsoniis oīmo do ꝯditis vti. Itē duas vel tres vini spē potui adhibere At v̇o ꝯtrario huic penit⁹ mō facere p̄dest q̇ cibos euo- mūt: quiq; īferiores vētriculos humidos habent.

Infantium victus.

INfātes diu calida abluēdi sūt: ac vinū dilutū: nec frigidū prorsus potui dā dū est. Atq̄ id aptissimū fuerit qḋ nequaq̄ sursuʒ efferre vētriculū aut īflare idoneū est. Hec p̄pterea fiūt: vt ner noꝝ distētionib⁹ min⁹ opprimant, vtiq; īcremētū suscipiāt ⁊ meliores colores trahāt.

Mulieꝝ vict⁹.

MVlierib⁹ siccior vict⁹ iō ser- uand⁹ est q̇ppe quaꝝ corpoꝝ mollicies maxime ꝯferat. Insup̄ meraciores pot⁹. Q̄r vuluis et narib⁹ ceterisq; locis p̄rimis alēdis ⁊ āplifi- cādis magis idonei sunt.

¶ Exercitationis modus.

Qui exercent oportet hyeme tum currere: tum luctari: estare vero luctari paulū: nequaq̄ currere: multū: sed leniter & ante & post estus deambulare. Qui ex cursu defatigantur: hos luctari decet: quibus lucta laboriosa est: his cursus p̄modus est. Qui enim corpus laborioso exercendi genere affligit: is concalescat contrabaturq̄ ac lassitudine cesset. Quos in exercitationibus alui p̄fluuium ceperit: ac secessus in cibor modum et crudi exeunt: his peruttile est: non minus q̄ tertiam ex exercitationibus partem & e cibis dimidiam eximere portionē. Cū liquido constat aluū p̄ nimio calore nō posse ita: vt tantū ciborum cōficiat. His igitur ī cibatu idoneus erit panis q̄ assatissimus in vino emollitus: & potus q̄ parcissimi ac meraciores & a cibis deambulatiōes: nec nō sub id tēp⁹ semel p̄messe sati⁹ est. Sic enī aluus maxie calesceret atq̄ ingredientia retineret. Sed tamen hic fluor non nisi vsu hoibus venit: qui cum carnosi sunt & pleniore: ac predenso corpore: carnē quoq̄ coguntur in cibatu sumere. Qd̄ cum fit: vene densantur eaq̄ de re cibos introeuntes non admittūt. Nempe talis natura morbis oportuna est acutis: & ad vtraq̄ partem vertitur. Nec multum diu bonus habitus in huiusce modi viget corporibus: contra qui rariore pbilosioreq̄ carne sunt: cibi appetentiam habent: magisq̄ labores p̄ferunt atq̄ diuturniores etiam illis contingūt bone valitudines. Qui altera die cibos eructāt: ac hipochōdria id est sub cartilaginea eleuātur vt crudis cibi. s. hos paul' lo diutius sono indulgere: & corpus laborib⁹ defatigare oportet: tum vinū meracius copiosiusq̄ bibendo: tum cibis eo tēpore pauciotibus vtendo. Scire enī licet aluus pre debilitate atq̄ frigiditate. nō posse tantā ciborū copiam concoquere. Quos sitis infestat: hos oportet ci-

bis & laborib9 demere vinū dilutū & ꝙ frigidissimū bibe
re: qui ex visceribus: aut exercitationibus: aut alia qua-
piam defatigatione dolorē contraxerint bis ieiunis re-
quiescere prodest: & potibus vti: vt quo minus cibi sum-
ptum fuerit: eo plus vrine ciatur ne vene que viscera ꝑ-
meant: implente intendantur. vnde et tubercula oriri &
febres gigni solent: si cui cerebrum morbi causa existit
corpori caput primū occupat: mens non constat: crebro
meit ceteraq; que in morbo destillationis: vrine eueniūt
patitur: ac intra nonum diem: hoc vexatur malo: tum de
mū si per nares & aures liquidus humor vl' sordes erupe
rint morbus ꝓpior sanitati censetur: & vrine destillatio
cessat. vrinam vero multā & albidam: siue sine labore in-
tra vicesimū diem meit tum doloris caput desinit: atq;
demū intuenti respondet integer lucis splendor. Omnes
igitur homines: qui iudicio ꝑditi sunt: debēt ex egrota-
tione secum reputare ꝙ magni sit estimanda sanitas: ex-
inq; sibi sueq; valitudini scire consulere.

¶ Oliuerio Cardinali Neapolitano Andreas brentius Salutem dicit.

Altero crasso censore nūc opus esset. Oliueri: princeps optime: q̄ vt olim prauos rhetorice magistros sustule-
rat: sic hodierno tpe litterarum gymnasia
corrigeret. In quibus iuuentutis nostre
ingenia non solum nō acuūtur: sed obtūduntur et dedi-
scūt discēdo: cū ludi q̄ hūanitatis & modestie ac doctrīe
cē deberēt: sint nūc isolētie & arrogātie ac ignorātie ple-
ni: ita vt quinquēnio paulo plus minusue: oratores siue
iurisc̄osulti siue dialectici & phi & medici efficiantur: at-
qui quot ꝙtaq; ad medici perfectionem: de reliquis eñi
nūc sermo non habetur: pertineant: cognoscere poteris
ex hac medicine lege: ꝙ grece Hippocrates scripsit: ego
aūt tibi transtuli existimans legem nulli magis ꝙ tibi

legũ iuriſq ↄſultiſſimo et optīo pꝛono cōuenire: ſimil
etiam: vt aliqñ mirari deſinas cur tã pauci boni medici
repiãtur quos opoꝛteret īſtitui liberali educatione do-
ctriaq puerili flagrare ſtudio a natura ac vniuerſoꝝ pce
ptoꝝ experiētijs adiuuari oꝛnatiſſimos ſapiētiſſimoſq
medicos ad cognoſcēduꝫ imittandũq ꝓponere auari-
ciã ceteraſq animi ꝑturbatōes remouere q̄ cũ a pleriſq
omittãtur nec aliud quicq̄ illis cure ſit ꝙ lucellũ: nō eſt
mirãdum ſi qñq coꝛpoꝛa nr̄a cruciantur nō ad doctrine
expimētũ: ſed ad p̄cium expetita. Ut igitur malos ꝓhi-
beret: bonos aũt ↄfirmaret: ſic legis officiũ ē: hãc legē
ſcripſit Hippocrates. Que vt ſuaret: eiꝰ ſicut tuoꝝ iuris
cōſultoꝝ legũ trãſgreſſoꝛibꝰ pena adijcienda eēt: ne te-
meratiꝛ illoꝝ ipunitati nr̄a penas lueret inocētia. Uale.

¶ Lex medicine.

MEdicina eſt oīum artiũ
celeberrima. Sed iã multo lōgioꝛe a reli-
quis artibꝰ ſpacio ob eoꝝ īſciciã: qui ea
vtũtur: quiq temere eiuſcemodi viros
eſtimãt: relinquũtur. cuius rei p̄cipua cã
mihi eē videtur illoꝝ errata. quia in ciuitatibꝰ ſole me-
dicine nullus honoꝛi locus eſt p̄terq̄ ignominie. Qñ
quidē ab illa homines ea compoſiti inſtructiq minime
vulnerētur. Uerũ enimuero tales viri pſonis q̄ in trage
dijs itroducunť: p ꝙ ſiles ſũt vt eni illi figurã ſtolã et pſ-
ſonam hyſtrionis hñt: nō ſũt tñ oīo hyſtriones: ſic noīe
quidem medici multi, re autēꝫ per ꝙ pauci reperiuntur
Nam qui ſapiēs oīo ꝛ cōſummatus futurus ſit medicꝰ:
huic opus ē natura: igenio: doctrina: bonis moꝛibꝰ: pue
rili inſtitutiōe: laboꝛãdi ſtudio: ꝛ tēpoꝛe. Impmiſq ige
nio opꝰ ē qδ ſi repugnat: cetera oīa vana ſũt: ſin ad opti
mã viã ꝓcedit: inſtitutis ars ꝛ documētis ꝑcipiť: q̄ tñ
diligēter illi etiã vēdicãda ac ꝑdiſcēda ē: q̄ a puero eru-
ditꝰ ſit eo mō: quo igenioſos educari inſtituiq opoꝛtet.

Preterea multo tpi multū studij et laboris adijciendā
est:vt iam cōfirmata corroborataq3 artis pceptio iucū-
dos fructus sine difficultate parere possit. Quēadmo-
dum eni ea nasci procrearicq3 videnť:q̄ terre mandantur
simili mō medēdi facultatis cognitio puenire cernitur.
Ingeniū eni nrm est veluti ager:doctoꝝ placita sunt:si-
cuti semina:puerilis educatio:vt tēpestiua semētis: loc⁹
in quo pcipiť:quēadmodū circūsistēs aer satis nutrimē-
to esse solet:laborandi studiū est ipsa cultura. Sed tē-
pus oīa hec corroborabit.efficietq3 vt perfecte nutriant
atq3 maturēt. Hec quidē sunt:q̄ ad medicinā referri opʒ
ꝙ qui recte hoc mō pceperit:vrbes frequētando nō ver-
bis solū:verūetiā re medici cēsentur. Nēpe iperitia ma-
lus est thesaur⁹ maluq3 erariū possidētib⁹:sōniū ꝛ visuʒ
fiducie acgaudij expers: timiditatis aūt ꝛ audacie nu-
trix. Timiditas eni facultatis insciciam arguit:audacia
aūt artis iguorantiā. Due eni sunt scia ꝛ opinio: quarū
altera efficit doctū hoiem.altera ignarū.s.scia causa est
sciēdi:opinio aūt ignorādi:sed ūitiatis fas est sacra ostē-
di.pphanis aūt nephas anteꝙ̄ sacris sciētie orgijs per-
fecti instituticq3 fuerint.

¶ Joanni cardinali Nouariensi andre.bren.S.D.

GRauis certe mihi ꝛ pacer-
ba luctuosissimaq3 fuit mors Januci Cyprij
medici tui viri optimi ꝛ hoīs doctissimi ꝛ mi-
hi amicissimi: cui postꝙ̄ viuo Hippocratis
iusiurandū:qđ cōuerteram:effiagitanti sepius dare non
potueram:ꝙ nōdum a me extrema manus imposita fue-
rat:tibi nūc mittere statui mō recognitū:ne cuʒ iure q̄si
hereditario clientis bona ad te deueniant: te promissi
mecum agēte:cā caderē: mihiq3 altero tanto maius di-
spendium fieret.estimata litis impensa. Neue desiderio
tuo atq3 voluntati diutius obsisterem:ꝙ ex illo intelle-
xeram:nō tm̄ id sua causa petere ꝙ̄ tua qui:vt vir sapiens

sapientis Hippocratis iuramētum legere cuperes rem certe omni pietate ꝛ probitate dignā. Mihi tñ vnū hoc prius te affari liceat medicos si hoc iusiurandū quēadmodū cetera Hippocratis artis precepta seruarent: sine dubio eam que ab homero tribuitur laudem consecuturos esse: futuros eñ inter alios hoīes tanꝙ principes ꝛ dños ita vt nunꝙ a romanis vrbe expulse fuissent aut in illorum ludibrium sepulchris inscriptum esset: hic turba medicorum periit. Uale.

¶ Hippocratis iusiurandum.

Estor apollinē medicuꝫ ꝛ esculapiū hygeāqꝫ ꝛ panaceā ꝛ reliquos oēs deos deasqꝫ: me ꝙtū corpis ꝛ ingenij virib⁹ efficere potero: hoc iusiurandūꝫ et hāc singraphā esse seruatuꝝ doctorē. s. q̄ me hāc artē docuerit: loco pr̄is habituꝝ: victū: fortunas ceteraqꝫ q̄ illi opus fuerit cū eo cōicaturū: eiusqꝫ ꝓli eq̄ tributurū: ac fribus: quib⁹ natura ꝯiūcti sum⁹: hāc artē si illis vsus fuerit discere: sine mercede aut pacto docturū Oīa q̄ audieri queqꝫ pcepi īstituta ꝛ reliqua toti⁹ disciplinę ꝑcepta tū meis ꝑceptorisqꝫ mei filijs tū discipulis q̄ iuramēto ꝛ syngraphe ac medicīe legi astricti fuerint: aliū vo nemini īpartituꝝ. Uict⁹ norma ꝛ remedijs q̄ ad ei⁹ fieri poterit: ꝓ virili parte iudicioqꝫ meo nō ad vllam egrotātiū offēsionē īiuriāue: sed ad eoꝝ dūtaxat cōmodū atqꝫ salutē vsuꝝ. q̄ noxia sūt ꝛ ledūt: remotuꝝ: nihil ꝑ īiuriā facturū: nemini rogatū mortiferā potionē daturū: neqꝫ id cuiꝙ ꝯsultuꝝ: mulieri medicamē abort⁹ faciēdi: cā traditurū nulli: cū ītegritate ꝛ pietate vitā artēqꝫ meā ꝑacturū: laborātes calculo neq̄ ꝙ incisuꝝ sed ei⁹ rei peritis id ꝯcessuꝝ: q̄scūqꝫ domos intrauero: solūmō sanādis egrotis opam datuꝝ: oī volūtaria ꝛ exiciali iniuria oī libidīe oī deniqꝫ rei veneree cupiditate remota: q̄ in corporib⁹ siue mulieꝝ siue viroꝝ siue liberoꝝ siue ser-

noꝝ curãdis: queqꝫ citra curationẽ ĩ hoĩm vita ac cõsue-
tudine vel viderĩ vel audierim vel quoqumõ cognouerĩ:
q̃ in vulg⁹ aliqñ efferri nõ oportet: tanq̃ arcbana ⁊ my-
stica sacra sp̃ taciturũ: mibi igiƚ pure ⁊ sctẽ iusiurandus
seruãti vita arteqꝫ mea felicissime fortunatissimeqꝫ frui
liceat: nomenqꝫ meum et gloria apud vniuersos bo-
mines et nationes imperpetuum celebretur. Transgre-
dienti autẽ ⁊ peieranti contraria omnia contingant.

¶ Andr. bren. Hieronymo trapolino
Salutem. D.

NOn ẽ ydonea causa Hie
ronyme cur aliquis Hippocratem dya-
lectice ignarum fuisse censeat ꝓpterea
q̃ nondum eius temporibus differendi
facultatis precepta extarẽt scripta. Nã
si sic baberet: ⁊ medicine quoqꝫ rudis fuisse argui posset
q̃ ante eum de morbis: sicut ab aliĩs postea factitatũ est
a capite vsqꝫ ad pedes scripserit nemo. Eodem argumẽ
to plato ⁊ socrates ceteriqꝫ antiquiores pbilosopbi. qñ
Aristoteles adbuc pbilosopbie precepta non digessisset:
pbilosopbie rudes dicerẽtur. Quod quidem opinari nõ
esset viri sane mentis. nedum docti ⁊ prudentis: quando
quidem licet artes disciplineqꝫ scripto tradite nõ essent
tamen erant in ipsa natura: easqꝫ bomines inuestigare
⁊ inuenire inuentisqꝫ vti poterant. Quod autem ita sit
demonstrat bic bippocrates tripertita breuissima acu-
tissimaqꝫ ratione. Quam tibi latinam feci vt cognoscas
an ille disputandi artis ignarus fuerit: an secus: quo te
a communi errore eximas sapiẽter sentiendo recteqꝫ iu
dicando Hippocratem omni doctrina omniqꝫ discipli-
na insignẽ fuisse: a quo etiam ⁊ plato ⁊ aristoteles mul-
ta didicerint: cum alter in cratilo alter in libro de interp̃
tatione sentire videntur nomina rebus posita esse insti-
tuto non natura. que sententia puto nõ aliunde sumpta

est ꝙ ab hoc hippocratis loco: quem legens iudicare: et vt aiunt oculis cernere et manibus tangere poteris. Va le.

¶ Quod artes sunt demonstratio hippocratis.

Mihi certe videtur nulla omnino ars esse: que non sit. Etenim absurdum esset: eorum que sunt aliquid non esse censere. Si quidem ea: q̃ non sunt quis ex visu demonstrauit esse? Nam si est conspicere: q̃ non existunt: tanq̃ existentia: non vtique pro comperto habeo: quomodo quispiam ea intelligat non existere tanq̃ existentia. Esto ꝙ oculorum sensu et mentis intellectu aliquid tanq̃ sit: percipiatur non tamen propterea hoc esset eiusmodi. Quin q̃ sunt semper cernuntur: et cognoscuntur. Que autem non sunt: neque cernuntur: neque cognoscuntur. At qui artes demonstrate cognoscuntur: nec vero earum vlla est: que non ex aliqua forma perspiciatur. Equidem et nomina quoque a formis indita esse puto. Non est enim consentaneum existimare formas a nominibus ortum habere. Nec fieri potest. Nomina enim instituto nature ponuntur: species autem non institutis fiunt: sed germinant. Si cui igitur hec: que diximus: minus nota fuerint clarius ei reliquis in rationibus patefiet.

¶ Andreas brentius Iacobo sangenisio Salutem. D.

Verum illud est iacobe: quod communi sermone vsurpari solet: virtuto nullos maiores inimicos habere ꝙ ignaros. Atque quanto maior in aliquo elucescit: tanto plures habet inuidos: atque hostes Quorsum hec. Quia cum medicina sit omnium artium prestantissima et locupletissima: multo semper habuit qui ei

detraherent & vituperare conarentur: quos ꝙ prudenter & sapienter Hippocrates vt nobilissimus eius autor: ita acerrimus ipsius tutor atq; defensor reprehendat facile iudicabis ex hac parua inuectiua cõuersa quo te nõ paruo frui bono intelligas cũ laudẽ sine inuidia habeas: ꝙ facile vitas oĩbus recte cõsulendo: hisq; faciendo: ꝙ quidẽ solã vitã & felicitatem esse te nõ ignorare arbitror virum aristotelicum & philosophie preceptis instructissimum. Uale.

¶ Hippocratis inuectiua in obtrectatores medicine.

Sunt nonnulli qui artẽ putarunt artes vicio dare: vt opinãtur: ne id quidem quod dico: efficientes: nisi vero ꝙ ꝓprie sententie ostentionẽ quãdam pre se ferũt. Atqui mihi q̃dẽ magni ingenij singularisq; prudentie esse videtur: aut aliquid: quod non repertum sit inuenire: melius enim est inuentum ꝙ quod non est aut iꝑfecta ꝑficere. At vero aliorum inuẽta cauillationibus vituperare: nihil emẽdando: sed q̃ doctor sũt iuẽta apud ĩdoctos rap̃bẽdẽdo nullius cõsilii rẽ aũt inceptum esse iudico sed potius quãdã nature peruersitatẽ: vel artis ignorãtiã. istud eñi solũ officiũ ẽ insipiẽtũ viror: q̃ nihil arte valẽt: sed ãbitiõe dũtarat mouentur: cũ nulla penitus facultatẽ hẽant aut aliorũ scripta vicio dandi: aut q̃ recta sũt insectãdi aut q̃ recta nõ sũt: vituperãdi. Alii igitur aliar facultatũ ꝓfessores & assertores reprimant: atq; contundãt: eos qui tali modo in alias artes inuehuntur. Sed presens oratio: illis qui medicinam exagitant: repugnabit animosa propter eos quos damnat locuples ꝓpter artem: cui opitulatur: robusta ꝓpter sapientiam a qua est erudita.

¶ Finis.

¶ Georgius Valla placentinus. Magnifico equiti Aurato Georgio Cornelio Veneto Senatori Salutem dicit eternam.

Cum sua cuilibet georgi cornelli venete senator inclyte natura tribuerit aianti: ut suum suorumque corpus tueatur salubria disquirendo: vitandoque contraria ut brute etiam plereque corporis medelas inveniant tam fere quam cicures sibi comparare. Quid hominem facere par est cui divino munere supra cetera animalia ratio et intelligentia largita est: cuius consilio tot tantaque providentur: reguntur: administrantur. Rursus quid equum illos facere qui a vulgo infimaque plebecula sunt longe longeque remoti quorum ope atque opera innumeri nituntur homines respublice consiliis muniuntur: res amplissime gubernantur: qualem te omnes esse aspicimus: probamus: admiramur. An non cum tua causa. Cum aliorum tibi exquirende tutele sunt corporis quo tua diu incolumitas prodesse multis possit? Quod si pecunia cuius usus nullus nisi modo corporis est tantopere expetitur et valeat possessor oportet si comportatis opibus bene cogitet uti. Cur non posthabitis ceteris corporis fortuneque ludibriis obnoxiis rebus de corporis valitudine fuerimus impense solliciti aliisque eiusmodi ipsam longe preposuerimus? Cum igitur inter varios multiplicesque corporis morbos nullus sit cunctis mortalibus et omni etati febri communior atque frequentior: nec ullus unde magis celeriusve humane vires subvellantur planeque extinguantur. Cur non imprimis cognoscendis febrium causis studuerimus: ac naturis: quo proclivius ipsis possimus occurrere et laboranti aut succum

benti nature corporisq; virtuti ferre suppetias? Talem
nanq; doctum & tam experientia q̄ iudicio sollertem me-
dicum esse oportet cor cuius sapiat qualis sine cōtrouer
sia fuit alexander aphrodiseus nedum philosophus no
minis celeberrimi cuius de febrium causis librum ex ip-
sius lingua in nostram tibi conciliandum existimaui. Ut
cum in ciuitate opulentissima potentissima. grauissima
sis ditissimus auctoritatis summe insignis prudētie: fi-
dei quoq; amplissime: si qua lecto afflictus febricula mi-
nus tua solita obire queas munia equum sit te domi ha
bere qui medicos instruat ac doceat vt sis sanitati resti-
tuendus aut tuam valitudinem pristinā tuearis. sit eñi
dānum ingens qui in tanto sis existionis fastigio: cuius
auxilio innumeri clientes innitantur ciuitas consiliis
adiuuetur si vnus desis tot adminiculis. ad te igitur po
tissimum precipue auctoritatis medicum misimus quo
vtriq; ab altero bene sit in tota siquidem ciuitate nō po
tuit melius nancisci peregrinus hospicium. quod tantis
doctrina viris nō nisi inclyta regiaq; cōueniat hospicia
quale tuum cuius cypri regina soror est. Quod si dispu-
tandi de summis sciētiis desiderio tenebitur Alexāder
de tribu. quoq; cornelia Antonium habuerit doctissimū
philosophum: & singulari probitate eminentē: vt iam in
cornelia domo nihil desiderari potuerit. Hunc ergo in-
clyte Georgi cornelii a me tibi habe conciliatum vt oēs
doctos habere consuesti. Uale.

Alexander aphrodiſeus.

Alexādri aphrodiſei medici claríſſimi de febribus Georgio Valla placentino interprete.

POſtulaſti a me aſclepiadum clariſſime apolloní:
vt quecunq̨ tibi ad me frequen
ter cunti lingua deprompſeram
de febribus iam ſcribendo ape
rirē:quo quandocunq̨ tibi libe
ret febrium cauſas indagare:id
tanq̄ noſtre doctrine foret com
mentarum: preſertim nunc cum nobis ſit longe a no
bis peregre abeunduꝫ nec tu porro quempiam:qui tam
ob via voluntate tuo cognoſcende artis medicine de
ſiderio iſta explicaturum forte ſis habiturus. Ego igit
que iubes facile obſequi velim tuoq̨ parere deſiderio:
⁊ non modo que de febribus popoſciſti:ſed omnem aliā
medicam preceptioneꝫ animo promptiſſimo:ſiue lingua:
ſiue litteris doctrina gratificari concupiſco.tametſi nūc
feſtinamus nos itineri faciundo cōmittere ob alia q̄dā
que circa talia ſtudium adhibere non permittūt: verum
vt oblata fere occaſio in ipſo temporis articulo vt a no
bis preſtari potuerit tue de huiuſmodi preceptione pe
titioni ſuccurremus. multiplex nāq̨ vt noſtri cognituq̨
difficilis eſt de febribus inſpectio nec breui tempore cō
prehendi ac cōſcribi poteſt. fateris ipſe quoq̨ ⁊ me ⁊ te
digna quibus inuigilē eſſe oportere. alioquin mihi qui
dem ſcibendi tibi vero legendi laborem irritum fore hac
q̨ de cauſa id omnino aggredi recuſaſſem niſi virorum

antiquorum recte suadens me persuasisset oratio amici cijs esse prorsus obsequendum. Ac si opus fuerit per artem penetrare vt rerũ dignitas poposcerit nulli parcendum labori esse: proinde tergiuersandum mihi non duxi sed censui instituendi modo presentem traditionem construendam aliamq̧ de vniuersa febrium inspectione commodiore postea tempore cõficere: nũc tibi exacte hoc nostre monumentũ amicicie orationis pignus exhibere. Promamus itaq̧ tibi obtemperãtes que nobis ipsa obtulerit occasio neutiquaꝫ hic per artis amplitudinẽ euagati non si qua modo in nobis est dicendi copia vsurpando: sed potius temporis oppressi angustijs vterq̧ nr̃m vtriq̧ debemus ignoscere: tibi quidem nõ breuem institutionem sed ampla de febribus volumina iamdiu postulanti quod factu nequaq̃ fuerat difficile. mihi vero q̃ amicis vtcunq̧ a me fieri potuit. Aduersari noluerim.

¶ Febris diffinitio.

Febrē igitur vt hinc traditionis nostre sumamus exordium alij aliter diffinierunt: at Empedocles ⁊ Zenon: necnon pleriqꝫ Hippocratei calorē cõtra naturam corde sumentē principiũ et eoqꝫ per arterias ac venas in corpus vniuersum progredientē naturalesqꝫ sensus offendentem actiones esse dixerunt: idqꝫ iure. Calorem enim naturalibus officientem actionibus contra naturam esse necesse est necnon a corde vnde naturalis scatet calor: sumere principium: indeqꝫ in vniuersum diffundi corpus hoc ergo modo diffinientes recte pronunciarunt: at quo tota adhuc nobis sit apertior oratio equum fuerit ipsam particularim vt habeat nosse diffinitionem: quo si q̃d modo pre se ferat ãbiguitatẽ dissoluat. Cõtra natis

Febris diffinitio apud Zenonē ⁊ empedoclem.

ram igit calor vnde febris ē egritudo. ipsius est febris ge
nus non in effictione: sed in complexione distemperātia
caliditas quedam est: q̄ ariditas quoq₃ comitat̄: febriū
nāq₃ essentia caliditatis contra naturā est genere. Cete
ra vero sunt differentie quibus constat: ab aliisq₃ differt
caliditatibus: neq₃ enim est idem contra naturam calor
quod febris. tametsi quelibet febris est contra naturam
calor qui nāq₃ confestim in flatibus circūuenti solis fer
uorem incaluerunt aut ignis aliaue quapiam pro catar
ctica causa membri alicuius contra naturam subiere cali
ditatem que nec dum in cor penetrarit corpus aut in ali
uo humores comprehendens essentiāue acrosam succen
dens febris neq₃ est: neq₃ dicitur pluribus siquidē aliis
adhuc opus est a corde enim sumat inicium necesse est p
q₃ spiritus ꝛ sanguinem ab ipso in corpus vniuersum dif
fusa febris: quod in iam memorata caliditate non fuit:
hec nempe in diffinitione posita sunt a corde sumens ini
cium si nanq₃ febris totius corporis est egritudo an non
precedit vt sit cordis cōsequiturq₃ vt totius sit corporis
quo pacto nanq₃ contra naturam caliditas in totum dif
fundi corpus potuerit nisi prius cor succendatur. aut q̄d
aliud membum contra naturam calescens totum potest
corpus calefacere ꝛ quam habet affectionē toti tribue
re: sicut cor solum inter cetera potest citra medium vllū
efficere vt primo ipsum dein totum corpus ab ipso succē
datur cuius est prorsus causa: quod totius si potius prin
cipium cor. inde magis aliis suis ꝓfluxibus suppetit to
ti corpori atq₃ administrat ꝛ perinde hinc non dubium
